34.3.I.19 / 57 2

MARCI ANTONII
MARSILII COLVMNAE ARCHIEPISCOPI SALERNITANI.

DE VITA ET GESTIS BEATI MATTHÆI APOSTOLI ET EVANGELISTAE.

Eiuſque glorioſi corporis in Salernitanam vrbem tranſlatione.

LIBELLVS.

Ad Inuictiſsimum PHILIPPVM. II. Hiſpaniarum Regem Catholicum.



NEAPOLI,

Ex Tipographia Horatij Saluiani.

PHILIPPO II. HISPANIARVM REGI CATHOLICO INVICTISSIMO.

MARCVS ANTONIVS MARSILIVS Columna Archiepiſcopus Salernitanus. S.

EXigebat Eccleſiæ Salernitanæ dignitas, cuius mihi curam, tua benignitate mandaueras, Rex omnium maxime & potentiſsime; Exigebat, & mei in te officij ratio vt, qui tua in aula, iam pridem ab adoleſcentia diuerſatus eram, & in hunc ſtatum ectus, ea curarem in primis, quæ cum Eccleſię ipſi, tum etati tuæ, ac religioni quam maxime conuenirent. rumq; autem, me ita demum aſſequi poſſe ſperabã, ſi ciuitatis ipſius, ac Dioeceſis vniuerſæ mores, indicta Sy do reformarem, & beatiſsimi Apoſtoli Matthæi res ge , ac glorioriſsimi corporis eius tranſlationem, in tuam

hanc Ciuitatem;accuratè conſcriberem, tuoq; Ampliſsimo nomini dicarem. Matthæus enim, vt Euangeliſtarum primus, ità & Regni tui huius, patronus eſt tutelaris; ac Maieſtatis tuæ rebus aſsiſtit, easq; in amplianda, defendendaq; Fide catholica, ſemper ad vota ſecundat. Igitur poſt perluſtratam, ex officii mei munere ciuitatem, atq; Dioeceſim; ſancitasq; leges omnes, quæ moribus emendandis, communiendęq; Religioni, plurimum accommodatæ videbantur, & quas huic libello adiunxi, in eam curam diligenter incubui, vt intelligerem, qui factum ſit, vt ex remotiſsimis regionibus, ſacrum Matthæi corpus, antè annos penè quingentos, ad tuam hanc ciuitatem, deferretur. Perlegi eam ob cauſam autores omnes, qui beatiſsimi huius Apoſtoli geſta ſcripſere, ac nouiſsimè comperi in Eccleſiæ huius Archiuo, vetuſtiſsima exemplaria, Longobardis caracteribus, manu ſcripta, ac vetuſtate penè corroſa quæ rem omnem explicant; ex quibus potiſsimum totam hanc narrationem contexui: quòd ſciebam multis annorum curriculis, hiſtoriã ipſam inter diuina Eccleſiæ huius officia fuiſſe receptam: contrà verò autores cæteros in ſumma rerũ, difficultate, atq; incertitudine, verſatos eſſe. Tametſi autem tibi pro tui Imperii amplitudine, res maximas adminiſtranti, & vtriusq; orbis habenas moderanti, vix liceat iis legendis vacare; ea tamen eſt tua pietas, & religio, vt non dubitem gratiſsimam tibi futuram huius libelli lectionem, ex qua vitam, obitum, miracula, tranſlationem deniq; ipſam glorioſiſsimi Apoſtoli probè noueris,

ris.facieſq; legendo, vt Chriſtiani omnes, qui religionis, Iuſtitiæ, pietatis, virtutum deniq; omnium exempla, in tuis actionibus intuentur; ad ſanctiſsimũ hunc Apoſtolum colendum, & venerandum, Maieſtatis tuæ veſtigia ſectãtes, accendantur, & inflammentur. Verſaq; vice conſecuturum te ſpero, vt quemadmodum glorioſi huius Euangeliſtæ precibus, propter Euangelii prædicationem, Occiduus iam tibi orbis obtemperat: ita & Orientis Imperii moderator efficiaris, cuius loca plurima beatus Apoſtolus, prædicatione ſua, quondam illuſtrauit. Hanc verò licet exiguam animi mei ſignificationem; ſi Maieſtati tuæ, non diſplicuiſſe perſpexero, accedet mihi ſtimulus, vt ſtudiis quandoque meis maiora promam. Vale diutiſsime felix PHILIPPE Rex, Chriſtianæ fidei verum propugnaculum.

Salerni XI. Kalend. Octobris. M D LXXIX.

AD
ILLVSTRISS.
AC REVERENDISS. D. M. ANTON. COLVMNAM MARSIL. ARCHIEPISCOPVM SALERNITANVM.

In librum de vita & geſtis glorioſiſsimi Apoſtoli & Euangeliſtæ Matthæi Ab eodem Archiepiſcopo nuper editum.

FRuſtra laborat, qui nimium ſibi
Fidens; in amplos ſe rapit ambitus
Cœli nec horret, dum tot ignes
Sydereos, numerare tentat:
Quot noſter orbis lumine condito
Maiore Phoebi, ſplendidior micat
Sed neſcit amens vnde ſumat
Principium ſtatuatúe finem
Idem Camoenæ non ſecus hoc meæ
Contigit; audax dum tenui ſtudet
Aptare plectro, grande Gentis
MARSILIAE decus, atque laudes.
Quas vt decenti carmine proſequar,
Vanæ furentis non mihi Apollinis
Vires vocandæ, non colentes
Iam celebres Heliconis oras.

Diui

Diui ſed omnes Auſoniæ pij,
Queis cura latè eſt credita gentium:
Et Buſta quorum Rex Olympi
Iis merito diuturna ſeruat.
Tu præter illos vnus es, ò bonis
Dignus rogari nunc precibus, ſacer
Matthæe: vt adſis inuocanti
Subſidium liquidamque vocem.
Gens hæc virorum nobilium potens
Virtute clara, rebus & integris
Parens & Herois: Tiara
Qui bifida micat inter omnes,
Cuſtos ſacrorum mirus, & in tua
Antiſtes Aedis culmine prominens
Dicendus eſt, quàm poſſit, æquis
Carminibus, numeriſq; blandis.
Natura cuius mitis, & ingeni
Dotes benigni, religio & fides
Immota, doctrinæ decorem.
Omnigenæ, ſibi compararunt.
Hac fretus omnes Oceani ſinus
Felix peragrat; nec timet impetum
Baccantis æui, nec procellas:
Quas tumidæ genuere nubes.
Nec non eadem ducitur inuias
Nobis ad vrbes; quà ſacer irrigat
Agros Iordanis, frequentes

Dum Solymæ ſteterant inultæ.

Mox inde cedens: viſit et aridos
Campos, aduſtorum Aethiopum, comas:
Et quas obiſti Diue terras
Spiritus aut animale corpus:

Rectoque narrans ordine colligit
Quotquot repletus numine geſſeris,
Mirandà; tùm immanis Tiranni
Te miserè gladio peremptum,

Author diſertus nec varios ſilet,
Tractus locorum; quò pietas tuum
Transferre ciues iuſſit, omni
Ambroſia redolens cadauer,

Oſtendit idem præſide maximo
Sedente ſummo Gregorio, in gradu
Poſt ſextum: vti exceptum Salerni
Mirifico celebratur vſu.

Quam Marcus vrbem, ſub placido lue.
Ac labe purgat, Gregorij omine:
Qui Pontifex è cœlo; vt orbem
Conſociet; ſimul eſt reuerſus.

Gaudere nunc ò Felſina talibus.
Debes alumnis, nam quoque Marſili
Princeps decoris ſtirps domusúe
Altius hoc titulo vehetur.

Antiſtes horum candide ciuium
O Marce ſumma noſte ſcientia

Vtroque

Vtroque tùm ſplendens Parente
MARSILIAE genus & COLVMNAE.
Quæ tot Triumphis ſculpta recentibus,
Eſt & vetuſtis; vndè tot aurea
Circum Trophæa; & tot virorum
Magnanimûm monumenta pendent.
Hæc fulta magni nunc humeris Ducis
Quem re atquè dignis nominibus refers
Sceptrumquè ſeruantem Philippo,
Trinacriæ venerantur vrbes;
Niſus furentum reſpuit æmulos.
Hunc inſecutus purpureo nitens
Alter Galero ſtemma Gentis
Sorte ſtatus potiore firmat.
Inuicta pubes belligera ex Domo
Examen ardens acrius emicat,
Eiuſquè certatim repugnat
Perpetuò ſtabilis ruina.
At, quò cupido ſpes & amabilis
Spirantis Auræ, proripuit Ratem
Feſſam? in profundum nempe Pontum
Leniter ex Silaro vagantem.
Vertenda tandem lintea ſunt retrò
Matthæe nobis: Ales vbi Puer
Tibi cohærens, oſſa ſemper
Seruat. Vt Angelus alter vni
Vit Præſidenti non humilis comes;

Cœtuſq; doctus nobilium Patrum
Salernitanæ Vrbis, verendum
Muneribus tumulum coronant.
Quàm cura magnos ſollicitat Deos
Semper locorum ſeu Genij Aedium,
Hi quos dedere illis honores
Præcipuos ſinerent perire.
Hæc præter omnes nunc Regio indicat,
Quam Argiua Iuno, iam celebrem dedit;
Vt nunc Capernenſis ſacrorum
Oſſa nouo veneranda ritu.
Qua priſca parcis Roma Quiritibus
Orbem ſubegit, quin caput vrbium
Iactetur, haud obſtant nefanda
Excidia innumeræquè clades.
Regina ſemper ſic erit, atq; ouans;
Si corda ſancto fœdere Principum
Diſiecta iunget; ſiq; motus
Lethiferos premet, inſolentum.

ALIA AD EVNDEM.

VElut ſuperbi Principis; in noua
Sat Arte pollens, artificas manus
Exercet Aula Pictor; eius
Geſta imitans, Proauoſq; Reges.
Pars illa nigris, illa coloribus.

Ornatur albis; prominet hæc foras;
Profunda plus hęc, illam inumbrat,
Conſpicuam hanc, nitidamq; reddit;
Cunctis peractis inde laboribus,
Appenſa circum lintea concidunt;
Seſe offert mox pictura, qualis
Lux ſubita in tenebris refulſit.
Ex templò, magno quæ ruit impetu
Caterua ſpectatum, innumerabilis
Miranda miratur; tenetquè
Intuitum, immobileſquè vultus.
Tu ſic Auita clarus origine
Summum tuorum præſidium ac decus,
Cui ſancta ſacratos Amictu
Religio decorauit artus.
Diuiq, ſacriq Hiſtoriographi,
Diuerſa Terris pingis itinera,
Cuius modò corpus, Salerni
Mira patrans, requieſcit vrbe.
Opus: quod omni Pumice, redditum
Cunctis venuſtum partibus, ac nitens;
Nunc prodit in lucem, virorum
Mirè oculos rapiens, tenenſq;
Septena vaſti fluminis Oſtia.
Et decolor queîs ſcinditur India,
Tranabit vndas, & remotum
Antipodum Heſperium, uidebit.

Pictore nam maior; pereuntibus
Confingit is mutam Hiſtoriam notis;
Tu verò, picturam loquentem,
Tempore perpetuò futuram.
Ac dum ſupernum concelebras virum
Qui nunc ſupremo fulget in æthere;
Adnixus huic terrena linquens,
Clara gradum ſuper aſtra tollis.
Vitis vt preſſo parua cubans ſolo,
Propinquiorem fortior Arborem
Amplexa, conſtringit lacertis;
Aërios petit indè ramos.

CARMEN ALIVD DE EODEM.

Matthæum ſpirant ſcripta hæc pulcherrima MARCI
Indè ferè, vitam, viuit vterq; parem.
Hic narrat, docet ille tamen quæ maxima narret
Alterna alterius ſic viget alter ope.
Matthæi vita, eſt ſcriptis celeberrima MARCI
Eſt ſcriptis MARCI ſpiritus atq; anima.
Viuet iam MARCVS, viuit Matthæus, vterq;
AEternum, Chriſti Dogmata dum ſteterint.

QVÆ

QVÆ HOC LIBELLO CONTINENTVR.

CAP. I.

D. Matthæi Origo, nomen, vocatio.

CAP. II.

Euangelium Matthæi, quo primum tempore, quaue lingua conſcriptum & quando primum inuentum ſit.

CAP. III.

Matthęi peregrinatio & geſta quędam.

CAP. IIII.

Matthæi obitus, & Martyrij locus.

CAP. V.

Ab AEthiopibus, quaſi ab indignis, ſacrum Apoſtoli corpus ad Britannos deſertur.

CAP. VI.

Britannia ob Regem occiſum direpta, ſanctiſſimum corpus ad oras Lucaniæ diuino conſilio transfertur.

CAP. VII.

Apud Lucanos, cum diu delituiſſet tandem fuit diuina reuelatione compertum.

Cap.

CAP. VIII.

Per Ioannem Peſtanum Epiſcopum, multis antea miraculis editis ad Caputaquenſem Eccleſiam transfertur.

CAP. IX.

Ex Caputaquenſi ad Salernitanam Eccleſiam Giſulphi Principis opera perducitur, ac Ciuitatis templiq; Salernitani deſcriptio.

CAP. X.

Miracula quædam Salerni edita ſtatim poſt translationem; & de brachio Sancti Apoſtoli conceſſo Beneuentanis.

CAP. XI.

Rurſus, & alia miracula, quæ ad hæc uſq; tempora contigère.

Hymni in feſtis Beati Matthæi.

ERRATA SIC CORRIGITO.

fol. 2. lin. 1.	conſtituram.	conſtitutam.
fol. 6. lin. 19.	batiſſimo.	beatiſſimo.
fol. 9 lin. 9.	Pentateneus.	Pentatheucus.
fol. 10. lin. 2.	diſcidet.	diſsidet.
fol. 11. lin. 4.	receptiſſimamq;	receptiſsimaq;
fol. 13. lin. 8.	contemnes.	contemnens.
fol. 13. lin. 8.	Chriſtos.	Chriſto.
fol. 13. lin. 9.	iagreſſus.	ingreſſus.
fol. 14 lin. 8.	ægebatur.	agebantur.
fol. 14. lin. 23.	inteligeret.	intelligeret.
fol. 16. lin. 11.	cumbantes.	cubantes.
fol. 16. lin. 16.	aut.	autem.
fol 17. lin. 5.	Quadrageſima inde.	Quadrageſima inde di-
fol. 18. lin. 10.	ſacius.	ſatius.
fol. 18. lin. 24.	virtutum.	virtute.
fol. 19. lin. 22.	affixuſſet.	affixus eſt.
fol. 19. lin. 25.	lectitia.	lætitia.
fol. 20. lin. 1.	latantem.	latentem.
fol. 21. lin. 7.	quo.	quot.
fol. 21. lin. 18.	occulis.	oculis.
fol. 23. lin. 7.	diſpenſa.	deſpenſatam.
fol. 23. lin. 12.	aliqui	aliquod.
fol. 23 lin. 18.	maeſtas.	maieſtas.
fol. 24. lin. 4.	pertimeſcendi.	pertimeſcenda.
fol. 25. lin. 25.	dignem.	dignam.
fol. 26. lin. 6.	pernanere.	permanere.
fol. 26. lin. 16.	voluptare.	voluptate.
fol. 28. lin. 15.	ſub oueri.	ſub pueri.
fol. 31. lin. 18.	videntium.	videntur.
fol. 31. lin. 5.	iuitati.	ciuitati.
fol. 32. lin. 9.	Antonius.	Antoninus.
fol. 32. lin. 2.	I N indignis.	indignis.
fol. 34. lin. 4.	oido.	odio.
fol. 35. lin. 11.	diueifa.	diuerſa.
fol. 37. lin. 9.	umnes.	omnes.
fol. 37. lin. 17.	eſſecti.	effecti.
fol. 37. lin. 21.	ad.	ac.
fol. 37. lin. 22.	ac.	ad.
fol. 38. lin. 15.	conctatione.	cunctatione.
fol. 40. lin. 22.	Britant.	Britanni.
fol. 43. lin. 16.	Qub.	Quibus.
fol. 44. lin. 14.	lucaritæ.	lucaniæ.
fol. 49. lin. 14.	confideraris.	confiderans.
fol. 49. lin. 22.	prælln.	prælio.
fol. 59. lin. 9.	lucanræ.	lucaniæ.
fol. 59. lin. 10.	Pelagig.	Pelagia.

fol.

ERRATA SIC CORRIGITO.

fol. 60. lin. 8.	exultans.	exultans.
fol. 61. lin. 3.	Epiſcdpus.	Epiſcopus.
fol. 67. lin. 17.	volutate.	voluntate.
fol. 65. lin. 15.	zizanicam.	zizaniam.
fol. 66. lin. 9.	ſanatiſſimo.	ſanctiſſimo.
fol. 67.	Cap. VIII.	Cap. IX.
fol. 68. lin. 8.	Peſtantes.	Peſtanus.
fol. 68. lin. 17.	amarat eduluiſſet.	amaras edulcuiſſe.
fol. 71. lin. 1.	Guiſardo.	Guiſcardo.
fol. 72. lin. 16.	dæiſicurum.	ædificiorum.
fol. 82.	Cap. XI.	Cap. X.
fol. 83. lin. 17.	diſceſliſſe.	diſceſſiſſe.
fol. 93. lin. 15.	veſcuuius.	Veſuuius.
fol. 94. lin. 24.	mortem.	morem.
fol. 96. lin. 2.	fuerat.	fuerant.
fol. 96. lin. 10.	immedeæ.	immodicæ.
fol. 99. lin. 2.	diuerſortim.	diuerſorum.
fol. 104. lin. 17.	Hux.	Lux.

M. ANTONII MARSILII

COLVMNÆ ARCHIEPISCOPI SALERNITANI,

DE VITA ET GESTIS BEATI Matthęi Apoſtoli & Euangeliſtę.

EIVSQVE GLORIOSI CORPORIS in Salernitanam Vrbem tranſlatione Libel.

AD INVICTISS. PHILIPPVM II. HISP. REGEM CATHOL.

ARGVM.

D. MATTHAEI ORIGO, NOMEN vocatio.

Cap. I.

MATTHAEVS, Capharnau prima Galileæ Ciuitate natus, ex Alphæo patre, à tribu Leui p̃ cæteris in Iudæa celebri, duxit originem; q̃ò factum eſt vt binomius extiterit; & modò Matthæus, modò Leui fuerit appellatus. Quemadmodum etiam Itida, qui & Salomó, Ozià qui & Azarías, Paulus, qui & Saulus geminis nominibus nuncupati fuerunt. Is cum ad conſti-

turam ætatem perueniſſet, vectigalibus percipiundis præpoſitus, ad Telonium ſedebat; erat quippè locus, quò vectigalia ipſa comportabantur; & quaſi nihil aliud acturus, totum ſe huiuſmodi curæ dederat, in eaque vna ſuopte prorſus ingenio quieſcebat. Sed cum non huius ſeculi vectigalia, ſed beatarum animarũ lucrum eſſet ex diuino conſilio recepturus; & vniuerſas tribus iſrael quandoque iudicaturus; ad aliud longe maius, & longe excellentius Telonium vocabatur. Sedente igitur illo; tranſiens illac clementiſſ. humanæ naturæ ſeruator Chriſtus, ſic hominẽ eſt allocutus. *Sequere me*. Quibus is verbis auditis, diuinę huic vocationi haud reſiſtendũ ratus, confeſtim ſequutus eſt eum. Quod & iis carminib. eleganter complexus eſt Iuuencus præsbyter.

„ *Progrediens tunc inde ad vectigalia vidit.*
„ *Conſeſſu in medio, Matthęum, protinus illi,*
„ *Diſcipulis hærere iubet; nihil ille recuſans,*
„ *Imperio Chriſti paret gaudetque ſequutus.*

Tantumque gratię nobilis hæc ipſius promeruit alacritas; vt in ſelectiſſ. duodenarium numerum ſtatim aſciſceretur, & ex publicano fieret Apoſtolus. Felix hæc quidem fuit defectio, per quam qui in maximis, ac periculoſiſsimis huius mundi fluctib. ac procellis anteà verſabatur, in maximam ſecuriſsimamq; tranquillitatem peruenit. Feliciſſima inquã vocatio; quæ, *Statuit procellam eius in auram*; & per quam verè, *Siluerunt fluctus eius.* Nec verò vacat miſterio, quòd beatiſsimus hic Apoſtolus, Matthæus,

thæ⁹ ſit appellatus; nam iuxtà Hæbreorum interpretationem; Matthæus, rectè donum feſtinationis ſignificat: Is verò feſtinanter ad Domini vocationem accurrens Diſcipulus eſt effectus. De quo ſcribit Beda. *Ipſe Dominus qui hunc exterris humana allocutione vt ſe ſequeretur vocauit, intus diuina inſpiratione vt mox vocantem ſequeretur accendit; ipſe inuiſibiliter quomodo ſequendus eſſet edocuit, infundens menti illius lumen gratiæ ſpiritualis qua intelligeret, quòd is à temporalibus vocabat in terris qui incorruptibiles in cælis dare Theſauros volebat; iuxtà illud Pauli: Surge qui dormis & exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus.* Item Theophilactus. *Non cum Petro, & Ioanne hunc vocauit, ſed quando vidit obtemperaturum, ſicut & Paulum vocauit poſtea ſuo tempore; Dei autem opus fuit ſolò verbo eum cõuerti.* Et Chriſoſtomus. *Quid eſt autẽ quòd de alijs Apoſtolis nobis nõ dicitur qualiter & quando ſunt vocati, niſi de Petro, & Andrea, Iacobo Ioanne, & Matthæo: hi enim maximè erant in incõuenientib. & humilibus ſtudijs. Neque enim Telonij officio eſt aliquid deterius; neque piſcatione vilius.* Recte autem ait Glos. Matthæum uocationem ſuam inter miracula referre. Sicut enim non minus, ſed maius miraculum eſt ex ambitioſo modeſtum, ex feroce tolerantem, ex libidinoſo caſtũ, ex rapace liberalem reddere, quàm corpus huiuſmodi ſanitati reſtituere; itidem ſicut non minus miraculum fuit Paulum perſecutorem, & adhuc in Chriſti diſcipulos minas cædesque ſpirantem, uno verbo obſe-

quetem diſcipulum, Fideique ſanctæ propugnatorē red dere, quàm Dęmoniacos illos ad humanam mentem reducere. Sic profectò non minus miraculum extitit Matthæum lucris terrenis deditum, ac inhiantem vno verbo conuertere; vt indè ſummè deſpiceret, quæ prius vehemēter optauerat: quàm paraliticū affixum lecto ſanare. Nec ſolùm fuit ingens ipſa vocatio miraculum, ſed plura etiā in eius vocatione miracula cumulata ſunt; qui enim hactenus pecuniæ ſtudioſus fuerat, exiſtimans ad vitæ conuerſationem eſſe neceſſarium vndecunque, etiam ex malo, lucrari: deinceps à Chriſto vocatus omnia reliquit; ac flocciſecit, & q̄ ſibi primū lucra fuerūt, arbitrari cœpit vt ſtercora. Inuenit pretioſam margaritam, & omnia vendidit vt compararet eam; Qui ad eam vſque diem aliena rapuerat, ex eadem ipſa die cœpit propria largiri; qui prius & propriæ, & aliorum ſalutis negligens, & contemptor extiterat; propria deinceps ſalute non cōtentus, alios quoque publicanos inuitat, vt & ipſi conuertantur, exoptans. Denique vt etiam in futurum mortales omnes idem pręſtare poſſent, & ad ſęculi vſque finem edocerentur; Euangelium primus omnium conſcripſit. O uerè fœlix, & Auguſtiſſimum futuræ eius celſitudinis initium. At uerò nomen illud, quod miſterio non caruit, ſi uocationem ſpectemus; magnum quoque poteſt videri (ſi Apoſtolatu ipſum conſideremus) miſterium hæbraice continere. Cum enim Matthæus Donator conſilii rectè dicatur; quis non uidet prudentiora, ac ſalubriora deſiderari conſilia

non

non potuiſſe, quam quæ ab illo proficiſcebantur? quippe, qui eo conſilio diuina illa uocatione uſus eſt; ut de impio ſanctus, de auaro liberalis; de publicano Apoſtolus ſtatim efficeretur; qui, inquam, talia uiuens homnib. conſilia præbuit; vt multos populos ad Chriſti fidem conuerterit; & Euangelio conſcripto; tùm conuertat in dies, tum uſq; ad mundi exitium ſit conuerſurus. Qui denique ferro cędes illuſtrem martirii palmam fuit adeptus. Sed etſi Gręcam quoque nominis vim perpendamus, miſteriũ haud ſanè contemnendum præſefert, cum Magnum Deo ſignificet. Porrò autem meritò magnum illum dicemus Dei virum fuiſſe, qui, & Diſcipulus, & Apoſtolus, & Euangeliographus, ac denique Chriſti Dei Martyr glorioſiſſ. extiterit: tantǫ ſanè dignus progreſſu, tantam promeritus omninò mercedem. Nouiſsimè, ſi primas huius gloriæ partes ad Euangelii conſcriptionem referre velimus: rectè illũ Matthæum quaſi manum Dei poſſumus interpretari. Dictus eſt autem, & Leui quod ſignificat copulatum, aſſumptum applicatum, additum. Copulatus eſt enim Diſcipulis; aſſũptus in Apoſtolum; Applicatus Euangeliſtis, Additus poſtremò Martyribus. Sanè quod attinet ad ipſius nominis ortographiam (vt & hoc nõ prætereamus, quod etiam cæteri tetigere) non dubitamus illud cum duplici T. addita aſpiratione; quod Græci cum τ. & θ. ſcripſerũt; eſſe omnimodo conſcribendũ. Quæ autem huc vſque tradidimus promptum erit cuilib. ex ſubiectis autorib. confirmare Nempè Matthæi ipſius Euangelio cap. 9. Marci. 2. Luc. 5. & 6.

& 6. Pſalm. 106.Pau.ad Ephes.c. 5. ad Philipp. itidem 5. Act. Apoſt.9.Io:Oſcim.in princ.Epiſtolæ. ad Corinth.c.1. ſupEuang.Mar.lib.1.c.11.Tom.5. Theophilact. in Enarr. ſup9.Math.Io.Chriſoſt.ibid.homilia 31.& Io.ſer.Idē Beda in homil.AEſtiual.de s.Matth.tom.7.Io.de Vorag. in Vita S. Matth.Rober.carac.Epiſcop. Aquin.in ſerm.de S.Matth.D.Antonin. in 1. parte Hiſtor.tit. 6. cap. 16. Euſeb. de dem. Euang. lib. 3. Radulph. Arden. in feſto S. Matth. Fr. Sixt. Senen. in Bibliotheca. Alber. Magn. in Apoſtill. ad.Hier.in prologo ſupEuang.Matth.Guil.Durand.in rati on.Diuin. cap. 30. Io. EKI. in Homil. de S. Matth.tom. 3. Corn.laurim.cap. 153.Simeon Metaphraſt.Aloys.lipom. in 2.part.de vit.Sanct.die 16.Nouemb.Et hæc ſatis de origine,nomine, vocatione Beatiſſ. huius Apoſtoli;nūc proſequamur reliquas eius vitæ partes.

ARGVM.

EVANGELIVM MATTH. QVO PRImum tempore, quaue lingua conſcriptum & quando primum inuentum ſit.

Cap. II.

POſtquā batiſsimo huic Apoſtolo cōtigit,vt Chriſtum vocantem relictis omnib. feliciſsimo ſequeretur auſpicio; nunquam deinceps ab illo diſceſsit;aſsiduus,& ſpectator diligēs fuit, totius vitæ illius miraculorum,laborum,anguſtiarum,paſsionis, & deniq; Aſcen-

Aſcenſionis in cœlum. Quo quidem aſſumpto, cùm non poſt multos dies, toties promiſſum paraclitum Apoſtoli recepiſſent, ex eiuſdem ſpiritus præſcripto afflatuque factum eſt, vt illud fuerit omnib. commune ſtudium, vbiq; gentium Euangelium docere, fidemque ſanctam, quàm latiſsimè propagare: omnium verò primus Matthæus noſter, octauo poſt Seruatoris Aſcenſum anno, priuſquam in prouinciam quiſque ſuam ad prędicandum proficiſceretur, vt fratres qui in Iudæa erant doceret, AEthiopiā profecturus, ſanctiſsimum Ieſu Chriſti Euangel. regnante Caligula, conſcripſit, Græcè ne an Hæbraicè nō ſatis cōſtat; ſicut neq; illud liquet, quis in Græcum verterit; ſi primùm fuerat ſcriptum Hębraicè, Quam ſanè controuerſiam ſic D. Hieronimus definiuit. *Matthęus primus in iudæa propter eos qui ex circuncisione crediderāt Euangelium Chriſti* " *Hæbraicis literis, verbisq; compoſuit; quod quis poſtea in Gręcum verterit, nō ſatis certum eſt. Porrò ipſum Hæbraicum* " *habetur vſque hodie in Cęſarienſi Bibliotheca; quam Pamphilus Martyr ſtudioſiſsime confecit. Mihi quoque à Nazaræis, qui in Barrhæa Vrbe Syriæ hoc volumine vtūtur, deſcribendi facultas fuit*. Sanè qui Græcè conſcriptum Euangelium hoc contendunt, ea adducuntur ratione. Quod dum dixit *uocabitur. nomen eius Emanuel* ſtatim interpretatione ſubiecit ideſt. *Nobiſcum Deus*. Sicut & illorum verborum. *Eli eli lamazabattani, ideſt Deus Deus meus quare me dereliquiſti*. Sed nullatenus eſt ambigendum Hæbreorum lingua Euangelium ab hoc Beatiſsimo Apoſtolo fuiſſe con-

ſe conſcriptum, quod Patrum omnium ferè conſenſu re-
cipitur, vt videre licet apud Chriſoſtomum, Hyeronimũ,
Auguſtinum, Theophilactum, Euthymium, Chriſtianum
Druthmannum, Simonem Caſsianum, & P. Palatium. Sed
& ratione ſuadetur vrgenti, quia ad id conſcribendum fu
it adductus, vt eos qui ex circuncilione crediderãt edoce-
ret. Ideoque vix credendum eſt quod propter Iudęos, qui
tùm primum crediderant, Gręcè potius voluerit quã Hæ-
braicè conſcribere. Neque quidquam vrget interpretatio
verborum ſuprà relata; ſiquidem hoc ipſum in libris Ge-
neſeos inſpicimus, vbi cap. 31 ad finẽ dũ dicitur appella-
tum eſt nomen eius *Galaad* confeſtim interpretatio ſubi-
icitur ideſt. *Tumulus teſtis* ſiue *Aceruus teſtimonii*. Itidem
cap. 16. Exodi, dũ dicitur *manhu* additur ſtatim. Quod ſi
gnificat, *Quid eſt hoc?* & tamen in confeſſo eſt, libros illos
Hæbraice conſcriptos fuiſſe, non Græcè aut qualibet ex-
tranea lingua. Et verbũ illud *Emanuel* cum Significare poſ
ſet vel *Nobiſcum Deus* vel *nobiſcum fortis* vel *Nobiſcum iſte*
fuit omninò ſubiiciendum quæ nam interpretatio magis
eo loco quadraret, nempè illa, quæ rei de qua agebatur
erat accomodatior ſ. pe *Adonai* vel *Iehouah* quod *DEVM*
tantum ſignificat. Illa verò verba Saluatoris *Eli Eli lama-
zabatani* cum ab eo fuiſſent Caldęorum lingua prolata vt
exemplaria vetuſtoria teſtantur, meritò fuerunt per Euan
geliſtas expoſita ideſt *Deus meꝰ Deus meus, vt quid dereliqui
ſti me*. Quod et in voce *Golgotha* iiſdem locis eos idem fe-
ciſſe cõſtat Quod eſt interp̃tatũ *Caluarię locus*; erat enim
ea vox

ea vox Siria, vel Caldea, vt ſacri teſtantur Interpretes. Accedat etiã quòd huiuſcemodi voces, cũ miſteriò ſacro non careant, quamuis Hębraicè prolatæ fuiſſent; eam ob cauſſam debuiſſent exponi, ne fortè vulgato, plebeoque ſenſu acciperentur. Non eſt igitur ambigendum ſacrum hoc Euangelium Hæbraicè fuiſſe conſcriptum, ac in Græcum poſteà conuerſum ab alio, quopiam pio, Chriſtianoque Doctore conſcriptum; numero non illa, quidem eruditiori Hæbreorum lingua, qua Pentateneus Moyſis conſcriptus eſt, & qua Iudæi à Babilonis tranſmigratione non vtebantur, ſed Semicaldea, ſeu magis Syriaca; quæ Hæbręorum vulgàtior erat, & qua prædicauerat Chriſtus, vt Epiphanius li. 1. to. 2. cap. 29. Claudius VVilliaud. & alii plures animaduertunt. Quo autem tempore fuerit primũ quouè loco repertum; Interpretes, ac Hiſtorici omnes in hanc conueniunt ſententiam: fuiſſe illud in Inſula Cypro ſuprà pectus Beati Apoſtoli Barnabæ àdinuentum ſub Siliqua (vt ſcribit Nicephorus) ipſius Barnabæ manu conſcriptum imperante tunc Zenone; qui fuit annus, à Chriſto nato, quadrigenteſimus ſeptuageſimus; pro vt Pontacus, & Gerardus, & alii tradunt. Quamquam in deducendis annis à Mundi creatione ad illud vſque tempus diſſentiant; Pontacus, enim, ait quod tunc agebatur 4558. Gerardus autem 4440. cui adſtipulatur Bœda in dextera eius cõputatione; licet in ſiniſtra dinumeret annos 4426. sũt, autem, illi inter ſe ſumma conſtantia diuerſi; quandoquidem per annos 118. continuò diſcrepant; cùm alter

Chriſti natalem collocet ſub annum 4088. alter, autẽ, ſub 3971. Sed & ab ipſis longè magis diſcidet Euſebius à D. Hieronymo tranſlatus, cùm hic natum aſſerat Saluatorẽ anno à Mundo condito 5199. Et licet nullus eorum ſcribat quiſnam tùnc Romæ Pontifex eſſet, cùm ſacrum hoc Euangelium emicuit: conſtat tamen Chriſti Vicarium in Petri Cathedra conſediſſe Simplicium Tiburtinum; qui præceſsit Fælicem Secundum iuniorem; & factus fuerat Pontifex anno ſalu. 467. vixitque in Pontificatu vſque ad annum 483. eodem ad huc imperante Zenone. Quamuis perperã aſſerat Martinus Polonus tunc Gelaſiũ primũ fuiſſe Pontificem. Sed hæc temporum diſcrimina nõ offi ciunt veritati; & modici videntur eſſe momenti. Illud verè ſummoperè cõſiderandum occurrit maxima quidem admiratione dignum; quod ea tempeſtate feruebat Hæreſis Arriana, quæ non modò Zenonem ipſum infecerat, ſed vniuerſum penè Orbem corruperat. At verò. D. Opt. Max. prouidentia, factum fuit, vt ſacroſantum hoc Euangelium, poſt annos quatuor, & quadraginta conſcriptum à Chriſti natiuitate, & per annos 426. quaſi ſepultum; eodem Apoſtolo reuelante, proſiliret in lucem; non magis ad ſacri Autoris gloriam; quam ad Chriſtianæ Fidei ſtabilitatem. Conſtat enim Diuũ Barnabam in humanis agẽtem, & Fide propria, & Beati Matthæi meritis, ægros omnes à vigenti morbo liberos reddidiſſe, quos ſacro illo volumine tetigiſſet. De eiuſdem verò Euangelii inuentione ſic aliorum ſententiam refert Nicephorus. *Pantænus refert*

fert apud quoſdam Fideles Alexandriæ inuētum eſſe à Bartholomeo, Hebraico ſermone expoſitum, quod in multa tempora formas literarum eius, qui primum ſcripſit conſeruarit illæſas. Verumtamen à ſuperiori, receptiſsimamque ſententia nullatenus eſt recedendum. Enimuero illud præcipuè fuit Apoſtoli in hoc conſcribendo conſilium; vt Chriſtum hominem deſcriberet, quod ſanè miro admodum ordine præſtitit; vt ex Chriſoſtomo refert D. Thomas, his verbis. *Corpus autem narrationis ſuæ ordinauit Matthęus. Primum ergo Natiuitatem, deindè Baptiſmum, tertiò Tentationem, quartò Doctrinam, quintò Miracula, ſextò Paſsionem, ſeptimò Reſurrectionem ipſius. Nō ſolum Hiſtoriam de Chriſto exponere volens per hoc; verum etiam Euangelicę vitæ ſtatum docere. Quoniam nihil eſt quod ex parentibus naſcimur, niſi iterum per aquam & ſpiritum, renati fuerimus ex Deo; poſt Baptiſmum autem neceſſe eſt contra Diabolum ſtare; poſt hoc quaſi omni ſuperata tentatione factus idoneus ad docendum; ſiquidem ſacerdos eſt, doceat, & doctrinam ſuam bonæ vitę quaſi miraculis factis commendet; ſi laicus eſt, operib. doceat fidem. Deindè neceſſe eſt exire nos de hoc ſtadio Mundi, & tunc reſtat, vt tētationum victoriam reſurrectionis merces ſequatur, & gloria.* Hæc ille. Hunc verò laborem ſuum Sanctus Apoſt. Euangelium meritò vocauit. *ſiquidem* (vt idem Chriſoſtomus inquit) *pœnarum ſublationem veniam peccatorum, ſantificationem, atque iuſtitiam, redemptionem, adoptionem, quoque filiorum, & cœlorum hæreditatem, & cum Dei filio cognationem, omnibus inimicis impijs, & in tenebris ſedentibus nunciauit.*

 Theo-

Teophilact: in enarrat. ſuper Matth. & in præfat. ſuper eod. Hieron. in catalog. ſcript. Eccles. in vita Matth. Bæda in Homil. Aeſtiu. de ſanct. Matth. tom. 7. fo. 194. Auguſt. lib. 1. de conſenſ. Euang. c. 2. & 66. Chriſoſt. homil. 1. in Matth. Euthym. in prefat. ſuper Matth. Druthman. ibidem in proem. Simon. Caſſ. lib. 1. c. 5. Palat. in Prolog. ſuper Matth. Durand. in ration. diuin. lib. 7. c. 30. Będa de ſex ætatib. in Zenon. & in ſuo Matt. 11. Kl. Octob. Gerard. in ſua Chronolog. & in ſua etiam Pontacus. Mart. Polon. in ſupput. fol. 94. & 97. Idem Będa tom. 5. in Aepiſt. ad Acham Epis. fo. 78. Glos. ordi. ſuper Matth. D. Thom. ſuper Prolog. Matth. Idem Chriſoſt. homil. 1. in. Mat. Niceph. Calix. lib. 3. cap. 20. lib. 16. c. 37. & lib. 4. c. 32. Io. Royard. Homil. tom. 4. in feſto S. Matt. Claud. VVillaud. in 10. cap. Matth. & in prin. Pet. Galeſin. in addit. ad Dorotheum Tirum in Sinopſi de vita, & morte Prophet. & ipſe Doroth. in Matth. fo. 271. Epiphan. lib. 1. to. 2. c. 29. Guilelm. Etſengrein. centen. 1. par. 6. diſtrin 6.

ARGVM.

MATTHAEI PEREGRINATIO & Geſta quędam.

Cap. III.

Onſcripto primùm Euangèlio, vt Apoſtolicum munus ſanctiſsimus vir, ex Paracliti præſcripto diligēter exequeretur: Iudæam ſuis, Macedoniam perluſtrans Thaba-

Thæbanis,non dum Perſarum Imperio ſubiectis, Euangelii lucem annunciauit. Mox rediens, ac Paleſtinæ Regiones obiens,Chriſtique Fidem prædicans ad Siriæ Hierapolim acceſſit, ibique Præsbyteris,ac Diaconis ordinatis ſanctã ædificauit Eccleſiam. Myrmenam indè profectus,ad Antropophagos uſque penetrans,barbaras illas Gẽtes ad Chriſti Fidem conuertit.Famem, ſitim,eſtus,frigora contemnes, & ſuperans, vt Populos illos omnes Chriſtos lucri faceret. Demum Aethiopiam ingreſus, quæ ſibi ſortè dicitur obtigiſſe,quod non eſt perpeſſus? quas anguſtias? quæ conuicia? quas iniurias non conſtantiſsime pertulit? Regiam Vrbem cum primo quoque tempore aduenifſet, duos ibi Magos, Zaroem, & Alphazarum Diaboli miniſtros offendit,quorum uaniloquiis,ac præſtigiis, tùm Rex ipſe,cui nomen Egippus; tùm Pop. uniuerſus,adducti fuerant ad credendum,inmortales illos eſſe Deos,ipſiſque diuinos exibebant honores. Cæterum omnes eorum traditiones confeſtim Apoſtolus eſt demolitus,eorũque fraudes aperuit. Quamobrem quos illi obcæcauerãt luci reſtituit, quos ſurdos fecerant, bene audientes reddidit. Et concitatos ab illis Angues,vt mortalib.mortalia vulnera inferrent,non repulit modo,ſed etiam omnium ſanauit plagas. Erat tùm in eadem Ciuitate Candaces Reginæ Eunuchus, quem à Philippo baptizatum Actus Apoſtolici referunt.Is cùm Matthæum hæc facientem animaduertiſſet, circà illius pedes prouoluit; Deoque O. M. ſummas laudes reddit, quòd Populum Cimmeriis tenebris obte-

ctum

ctum; per Apoſtolum reuocarit in lucem, & in Chriſtianā libertatem uindicauerit. Recepit itaque illum hoſpitio in domum ſuam; quò cùm, & neceſſarii, & amici quamplurimi frequenter confluerent; uitæ uerbum ſedulò audientes; & crediderunt, & baptizati ſunt. Plerique etiam tùm miraculis adducti, quæ paulò antè comemorauimus; nec non & aliis, quæ in ægris curandis quotidiè per Apoſtolum agebatur, tùm ſingulari illius, ac diuina eloquentia permoti; Religionem, Fidemque noſtram comprobantes, illam protinus ſequuti ſunt. Audiens intereà Regius Eunuchus tot linguarum genera, quibus Apoſtolus loquebatur, enixè illum rogare cepit, vt ſibi explicaret; qui fieri poſſet, vt Hæbreus ille cum eſſet; ità & Grecam, & Ægiptiam, & Aethiopicam linguam calleret; vt ab illarum Regionum Incolis, ſibi primæ partes facilè cōcederentur? Tum Apoſtolus rem ſic exponit. Principiò homines omnes vno ſermone vtebantur; at ſuperbiæ, & arrogantiæ vis fecit, vt vnus ille fuerit diuiſus in varios; cum enim comuni, impioque conſilio Turrim ędificare Mortales conſtituiſſent, cuius faſtigium cœlum pertingeret; quaſi cum Deo O. M. cominus concertaturi. Tantam hominum temeritatem indignatus Deus, continuò talem linguarum, ſermoniſque varietatem induxit; vt non modò alius alium inteligere non valeret loquentem, ſed ne ille quidem, qui loqueretur poſſet explicare ſe ipſum. Inde linguarum hæc nata confuſio, vt hoc quaſi ſupplicio hominum veſana ſuperbia, & retardaretur, & comprimeretur. Quippè quòd non illa e-

rat

rat cœlum aſcendendi via; ſed quam Chriſtus Ieſus eius filius eſſet hominibus oſtenſurus. Quod & re ipſa nouiſsimè tandem comperimus. Ieſus enim decimo, poſtquam in cœlum aſcendit, die, miſit ad nos Apoſtolos, Paraclitum Spiritum, qui ſub linguarum ignitarum ſpecie ſupra cuiusque caput conſedens, ità omnes diuino repleuit vigore, vt variis cunctarum Gētium, quæ ex toto Orbe tunc Hieroſolimam conuenerant, linguis, atque ſermonibus, Chriſti magnitudinem extolleremus, & vniuerſo ferè Orbi admirationi eſſemus; atque ſtupori, dum quiſque Mortalium ſua nos lingua loquentes, & videret, & intelligeret. Ex eiuſdem Spiritus afflatu mox ego Chriſti natiuitatem, rẹs geſtas, mortem, reſurrectionem, aſcenſionemque conſcripſi: neque iſtas tãtum quatuor, quas commemoraſti linguas callemus (vt arbitraris) ſed omnib. omnium Gētiū, quas adire cōtigerit eadem facilitate loquemur. Eam verò nūc Turrim ædificamus, quę non ex lapidib. mortuis paſsim conſtruitur, ſed Chriſti virtutib. adoleſcit; ex cuius cacumine non oppugnare Deum O. M. ſed ipſum facie ad faciē, & proſpicere, & alloqui Mortales facilè poterunt. Quot quot enim in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti baptizabuntur, Chriſtique veſtigia ſequentur, illis procul dubio facilis, & ſecurus ad Cœlorum ingreſſum aditus patefiet. Sicque linguarum varietas Deum ipſum Gentib. largietur, propter manſuetudinem, & cordis humilitatē, quæ olim Gentes omninò ſeparauit à Deo propter audatiam, & mentis temeritatem. Hęc cùm miſtico ſermone Apo-

ſtolus

ſtolus ipſe differeret; eccè qui nũciat duos aduentare Magos, totidem comitatos Draconib. qui flammam ore ſpargentes, ac naribus ſulphureas ſpirantes auras homines enecabant. Id cùm accepiſſent Matthæus ſigno Crucis ſe muniens, ſtatim egredi parat, quem cum bonus prohiberet Eunuchus, ſuaderetque vt ſibi conſuleret; atque omnia tutius cõſpicaretur ex ſpecula. Tu (inquit) in ſpecula conſiſte, qui times, me oportet in publicum prodire, qui nihil timeo. Apertisque confeſtim foribus Magos ipſos, ſequentesque belluas videt; quæ vt primùm conſpexere Matthęum ad pedes ipſius cumbantes, ſomno ſe, ac quieti dederunt. Tùm Apoſtolus ridens Magos compellat. Et vbi eſt (inquit) ars veſtra? excitate illos nunc ſi poteſtis. Equidem niſi Chriſtum rogaſſem pro uobis, vniuerſus hic furor, quẽ in me concitaſtis, in vos ipſos miſerrimè contortus fuiſſet. Tentantes aut illi diu, ſummisque conatibus, vt dormientes excitarent feras, nihil omninò proficiebant. Proindè Matthęus hoc eorum artis eſſe negauit, ſe verò id facilimè peracturum, iuſsisque ſuis, Dracones obtemperaturos, depoſitoque furore manſuetos (ſi modo ipſe iuſſerit) abituros in Antra. Orabat id Populus, enixè; præcabatur, vt ſe à Beſtiarum iracundia quantò citius liberaret, omnique metu ſolueret, in eo ſpem omnem ſe collocaſſe. Tunc Matthęus. Precor te Chriſte Saluator omnium; qui de Sancto Spiritu conceptus, & natus es, ex Maria Virgine, quem Iudas perfidus perfidis Phariſeis tradidit, quem illi crucifixerunt, qui tertia die, poſt mortem viuus reſurexiſti; Quadra

gesima

geſima indè in cœlum aſcendiſti; vt indè rurſus quandoq; rediens, mortuos, viuosq; diiudices; emitte Spiritum quæſo tuum. Dracônes iſtos excita; excitatos, & manſuefactos in ſua luſtra propelle, nec patiaris vt prætereuntem aliqẽ afficiant detrimento. Protinus (ò ſummam Dei bonitatẽ) excitantur à ſomno belluæ, ſummaque lenitate diſcedũt, nec deinceps à quoque in tota prouincia conſpectæ ſunt. Hinc opórtune admodum Apoſtolus, eos qui circunſtabant hortari cœpit, ſummiſque rationibus perſuadere ſatagit; vt ab vno eoque deteriori Dracone Diabolo liberari velint; miſſum ſe in eam regionem à Deo dicit; vt omnib. veram ſalutem adferat; relinquerent proinde Idolorum perniciofiſsimum cultum, atque ſuperſtitionem, eumque verum Deum agnoſcerent, qui omnia creauit ex nihilo, ipſum colerent, ipſum vnum venerarẽtur. Eſſe locum unde primus omnium parens Adam eiectus ſua culpa fuit; ad quem Chriſtus Ieſus propria paſsione, omnibus aditum reparauit. Peregrinos eſſe mortales omnes, quandiu verã illam patriam non repetunt; curent propterea illuc ſedulò proficiſci; vbi mors nihil omninò poterit; nullus erit deinceps mœrori, nullus omninò miſerię locus; ſed lętitia, & gaudium, quod nulla tempora poterunt unquam aut tollere, aut ex parte labefactare: adueniſſe tempus vt à morte quiſquam ad vitam, à vexatione ad paradiſum, facili negotio redeat. Hæc dum perorabat Apoſtolus, repentè tumultus quidam exoritur, triſtitiæ, luctuſque plenus; efferebatur enim gemitu, ac mœrore multorum filius Regis

mortuus,cuius exequias ingens Populi multitudo comitabatur; cum quibus,& duo illi Magi erant: qui cum plures fruſtra tentaſſent malis artibus Regulum in vitam reuocare; ſuſpicati ne non concepta apud omnes de illorum poteſtate iam iã opinio frigeſceret;quòd extinctum iuuenẽ à mortuis reducere non valuerant,ſicque ipſorum inſania facilè detegeretur. Regi ſuadere cœperunt, ideò non excitari filium à mortuis, quòd in Deorum concilium, & numerũ eſſet iam cooptatus, à quib. impetrari deinceps nulla ratione poterat,vt ipſum parentib. ac Patriæ iterum largirentur. Sacius nunc,& decentius eſſe, ſi ipſi (vt & cœteris Diis) templum aliquod egregium ſtrueretur, cauendũ denique ne in hunc Mundum euocaretur,iterum moriturus;qui dudum adeptus eſt beatitudinem,numenque Deorum;quin potius enitendum,vt operoſæ celeriter extruantur Aedes, eiuſque nomini dedicate,erecto filii ſimulacro exornentur, atque reſplendeant. Contra verò Eunuchus ille Chriſtianus, cum primum Reguli mortem reſciuit, Reginam alloquitur conſolatur eam; monetque vt Magos cuſtodiendos cautiſsime tradat; & Mattheum accerſat ſi uiuentem filium cupit amplecti; præſentius ab illo conſequutura remedium, quam à viris incantatoribus,& falacib. ad hæc rogat vt ſi mortuum filium excitauerit,vir tutum diuina Matthæus Magos viuos exuri iubeat; quorum ingenio peſsimo mala omnia iam pridem in Vrbẽ ipſam uidebantur inducta. Neç mora accerſitur Apoſtolus,magnoq; cum honore ad Reginam producitur. Tùm
Euphi-

Euphiſinia (id enim Reginæ nomen erat) ſupplex illum rogat, vt natum, quē ſupra omnia dilexerat, & in quo ſpē omnem collocauerat, reuocare velit ad vitam; credere ſe illum à Deo miſſum, vt Gentib. illis ſalutem adferat; eiuſque Diſcipulum eſſe, qui mortuis uitam reſtituiſſet, & omnes curauiſſet infirmos; nec dubitare quin filius iterum viuere poſsit, ſi hoc ipſum à Deo petere non recuſabit. Matthæus Reginæ fidem admiratus, eam oportunè confirmat ſubiiciens; nullam ſe potuiſſe certiorem inuenire viam vndè filius excitaretur, quàm ſi Ieſu Chriſti Fidem (vt cœperat) ex animo profiteretur. Proindè certò iam ſciret excitatum iri filium ab Inferis. Reducto igitur domū filii cadauere, ſic D. Matthæus manibus ad Cœlum porrectis oraſſe fertur. Deus Abrham, Deus Iſaac, Deus Iacob, qui vnigenitum filium tuum in Mundum hunc noſtræ ſalutis cauſſa miſiſti; vt omnes ab erroribus reuocaret, atque redimeret; teque omnib. verum, & vnum Deum oſtenderet; rogo te, ac deprecor, vt hunc Parentib. ſuis filium excites; quò deinceps nullum præter te Deum præſentem eſſe credant; & quæcunque illi prædico vera etiam intelligant. Cū que oraſſet, exanguis Reguli alacriter manu comprehenſa; Domini mei Ieſu Chriſti (ait) qui Cruci affixuſſet Nomine; Euphronome (erat enim hoc adoloſcenti nomen) reuiuiſce, & ſurge? Qui ſtatim proſiliuit in mediū; ſumma cum Parentum, totiuſque Populi lectitia, & admiratione. Confeſtim Rex Coronam & Purpuras adferri iubet, Præconesque ad uniuerſas Imperii Vrbes mitti, qui Populos

omnes accerſerent, vt Deum hominis ſpecie latãtem cernerent,& adorarent. Accurrit ſtatim præſentium hominum ingens multitudo; qui cęreos deferentes accenſos,& thura, vario ſacrificorum genere, ſanctiſsimum Apoſtolũ colere, ac venerari geſtiebant. At ille id ægreferens; Nõ sũ ego Deus (ait) ſed Domini Ieſu Chriſti ſeruus, atque diſcipulus; huc emiſſus, vt vos omnes, uanã falſorum Deorum religione relicta, Deum verum, eiuſque Filium vnigenitũ Ieſum Chriſtum agnoſcatis, atque recipiatis; eius me ſeruũ prædico, cuius ſoli⁹ inuocato nomine, Regis filium ab Inferis reuocaui. Hæc ſi vos ratione,& animo vera eſſe percipitis; aurum, & argentum, coronas, & ignes è conſpectu meo tollite, templumque Deo vero dicate, quò ad Diuinum verbum audiendum, ſacraque ipſi facienda conuenietis. Quæ Apoſtoli verba, veluti Dei oraculum excipientes; tantam continuò operariorum multitudinem conduxiſſe feruntur, vt templum miræ magnitudinis, ac ſplendoris, triginta diebus perfectum, atque abſolutum fuerit: cui nomen Reſurrectionis impoſitum eſt; quod filii Regis excitatio illius ædificandi cauſſam præbuerit. Præfuit deinceps huic Eccleſiæ ſanctus Apoſtolus tres, & viginti annos. Quo tempore quamplures Præsbyteros,& Diaconos inſtituit, aliis circumquaque Ciuitatib. Epiſcopos præpoſuit; & quamplurima etiam templa conſtruxit. Aegippus Rex, Euphiſinia Regina, Euphronomus excitatus, & Iphigenia Regis filia, quæ (vt mox dicetur) Chriſto dicata, ſemper virgo permanſit,& aliorum hominum multitudo in-

do ingens, ſalutari fonte ſunt per Apoſtolum expiati,in ea dem Regia Ciuitate;quò poſteà conuenere frequenter, & aliunde per multi; vt eodē lauacro reformarentur,& Chriſtiani fierent. Quoniam verò longum eſſet exponere,quā præclara Matthæus ſanctus ediderit miracula,quot mortuos deinde ſuſcitauerit, quo leproſos curauerit,quot paraliticos confirmauerit, quot cæcis lumen reddiderit;quā religioſus Rex Aegippus,quam proba Regina fuerit; Satius eſſe duximus,eorum quæ viuens Apoſtolus geſſerit,finem facere;& ad eius paſsionem,ac mortem conſcribendam;animum,& ſtilum conuertere. Ad prędictorum cōfirmationem videndi ſunt omnes Authores qui cap. ſubſequenti citabuntur.

ARGVM.

MATTHAEI OBITVS, ET MARtyrij locus.

Cap. IIII.

AEgippo iam vita functo; Hirtacus Aethiopię Regnum adeptus eſt. Is cum Aegippi filiam Iphigeniam adamaret perditè; eamque ſibi vxorē ardentius expeteret;cœpit in animum ſibi inducere nulla faciliori via poſſe ſe fieri voti compotem; quam ſi Virgini ſuaderet Apoſtolus, vt in eius veniret ſententiam;cuius ipſe

ſe tanti faciebat authoritatem, vt quamuis Ducentis præpoſita Virginibus eſſet, eo tamen id ſuadente crederet poſſe illam à ſancto propoſito facilè dimoueri. Hac igitur ſpè ductus Matthæum accerſit, eiq; vel Regni dimidium pollicetur, ſi Virginem in ſuam adduceret voluntatem. Apoſtolus illi hoc primùm nec denegauit, neque planè conceſſit; id tantum monuit vt primo Sabatho in templum iuxtà Aegippi veterem conſuetudinem veniret, quò & cœteri conueniebãt, vt Diuinum verbum ſe prædicante audiret, eo loco & ipſum, & cęteros à ſuggeſto audituros (ipſa Iphigenia, cum vniuerſo Virginum ſuarum collegio præſentib.) quantis laudibus Coniugium extolleret, quam id Deo Saluatori gratum oſtenderet. Cõueniunt ſtatuto die omnes ad templũ ex more, accedit & Hirtacus; nec mora petit Apoſtolus ſuggeſti locum, hortatur, vt attentas ſibi præbeant aures, memorieque mandarent, quę dicturus erat. Rex qui in gratiam ſui, talia præfatum exiſtimabat Apoſtolum, cepit illum magnis laudib. efferre, occulis, geſtisque apud eos quos ſecum adduxerat approbare, omnem denique applauſum gratulabũdus pręſeferre. Tùm audientibus iterum omnib. Matthæus exorſus eſt, exiſtimarè ſe coniugia tùm demum pręclara eſſe, tùm ſancta, tùm Deo authori placere, cum honeſtis actionib. Chriſtianisque officiis pertractantur, & exornantur, tunc ab Eccleſia probari, cum ſanctè, cum iuſtè, cum legitimè, inita perhibentur. Quòd ſi ſeruus ſponſam Regis audeat uſurpare is non peccare mó, ſed tale dicitur ſcelus admittere, vt

quàm

quàmprimum ſit viuus igne cremandus,nõ quod matri monium contrahat, ſed quod Regis vxorem uſurpet. Cũ vero huiuſmodi facinus, & rationib. & ſacris exẽplis eloquẽtiſsimè deteſtatus eſſet;ad Hirtacum,qui præſens erat, orationem conuertens; Quo tu iure moliris (ait) Iphigeniam Aegippi filiam tibi coniugem adiungere;quam ſcis iam pridem cœlorum Regi deſponſa, & ſacro velamine conſecratam? Tum Hirtacus,qui Apoſtoli orationem, il luc vſque, & libenter audierat, & mirificè commendauerat; cum apertè iam quò tenderet intelligeret, ſtatim indignabundus recedit, toruumque proſpiciens, extremum aliqui ſcelus in Apoſtolum comminatur. Matthæus mul tò tùm alacrior factus ſermonem ceptum proſequitur, & cum cæteros haud ſanè minus,quam anteà paratos ad audiendum videret, nõ eſt (inquit) Humani Regis,qui pau cis diebus regnaturus eſt,indignatio tanti facienda,vt æter ni,ſummique Imperatoris Dei contemnatur Imperium atque maeſtas. Hominis ira,ſanguine,ferro,igne, tormen tis,expletur tandem, atque deferuet, Dei autem indignatio;æterni ignis, perennium tormentorum ſupplicia ſtatu it in ſceleſtos,atque ſacrilegos, ac propterea Dominum Ieſum Chriſtu m ſuis præcepiſſe dicebat,à conſpectu Regũ, ac Principum nullatenus illis eſſe pertimeſcendum,eos.n. dempta uita,nihil vlterius habere quod ſæuiant,Illum verò vnum Deum verè metuendum eſſe,qui cum occiderit corpus,perdere poteſt ianimam,& in Gehennam mittere. Hæc & alia multa cum peroraſſet Apoſtolus, Iphigenia

(ſpectante Populo) ad illius pedes procumbit; oratque ſupplex, vt ſibi, cæteriſque Virginibus manus imponeret, quominus eſſet illis de cætero impiiſsimi Regis ira pertimeſcendi. Fecit hoc Apoſtolus libens, & Chriſti primum præmiſſo præſidio, Regis odium paruipendens Virginib⁹ omnibus velum apponit, illasque ſolemniter conſecrat, Deumque precatur, vt quas ſibi ex multis ad perpetuę virginitatis gloriam ſeruandam delegerat, cuſtodiret, protegeret, ſuoque ſancto præſidio muniret; ne ulla unquam diabolica ſuggeſtione deceptæ in facinus aliquod laberẽtur; ſed ſuperatis carnis illecebris conſiſterent ſemper; ac in Chriſti Fide, & gratia imperturbatæ manerent, perpetuoque, ac inſolubili vinculo ipſi tunc Chriſto Saluatori colligarentur. Hac ſolemnitate peracta, ſanctiſsimũ Miſſæ ſacrificium celebrauit Apoſtolus. Dum verò ad Aram ipſam, vbi Chriſti Corpus confecerat, extenſis manibus oraret Deum Patrem, vt quæ bene Virginib⁹ illis precatus erat annueret, vtque Fidem Catholicam, quam ipſe docuerat in dies feliciſsimè propagaret. Ecce mittitur clàm ab Hirtaco lictor peſsimus, qui feritate planè barbara Beatiſsimum Apoſtolum adhuc orantem, adacto bis, ter ue in uiſcera pugione tranſuerberauit. Id cum Populus malè accepiſſet, confeſtim accurrũt omnes, & turmatim, lignis ſarmentis, ac pice Regis palatium circundant; igneq; ſubiecto cupiunt totum cum viuo Rege cremare. Fiunt furẽtib. obuiam Clerici, Diacones, ac Sacerdotes omnes, qui vt turbę popularis iram compeſcerent, rogant vehementer

ter, atque hortantur ne quid atrocius machinentur; nec peccatum peccato cumulent; nõ eſſe Chriſtiani animi vindictam expetere, multo minus eam ſibi manu propria conficere, nec par pari referẽdum; ſed commiſſorum pœnam Dei relinquendã arbitrio. Obiurgatum aliquãdo Petrum quod gladio Malchi auriculam vt Chriſtum ſuum defenderet, præcidiſſet, facturos ſe operæpretium ſi Apoſtoli Martyrium lętis ſuſciperẽt animis ac celebrarẽt. Tũc Iphigẽia Chriſti virgo, quicquid auri, argẽti, gẽmarũ habebat, ĩ vnũ cõflato attulit, ad ſacerdotes ut tẽplum apoſtolo quãprimũ erigerẽt & q; ſupeſſet erogarẽt pauperib. ſibi deinceps cũ Hirtaco certamen fore; q & paucis poſt dieb⁹ accidit. Hirtacus etenim ad illã paulò poſt procerũ omnium, ac nobilium Regni vxores proficiſci iubet, mandat, vt virginem precib ſuaſionibusque ſolicitent; maria, montesque promittant, nullum denique non moueant lapidem, vt eam ſibi matrimonio iungant. Accedunt illę pluries tũ ſingulatim, tum quoque coniunctim, imperata faciũt; monent, nullum in toto orbe virum eſſe quo cum honeſtius aut magnificentius coniungi poſsit; Reginam fore ipſam cunctis ex alto ſolio conſpiciẽdam; quin etiam ipſo Rege maiorem, à quo tantoperè adamatur, in ipſius demum arbitrio futurum terrarum omnium imperium. Vile admodum eſſe abiectique animi, tantam amplitudinem cõtemnere, & quaſi ſe minus dignẽ eo ſplendore fateri. Ad hęc virgo ſacra paucis reſpõdet. Matrimonium illud duabus maximè de cauſsis eſſe nefarium: Tùm quod ethni

cus ſit, falſiſque Idolis apprimè deditus Hirtacus; vir quoque ſacrilegus & impuriſsimus tùm quod ipſa repugnante, ac renitente per ſummam iniuriam, atque uiolentiam pertractatur; præclarè intelligere ſe quanto id cum ſalutis ſuæ periculo futurum eſſet; quæ iampridem conſtituiſſet ad extremum vſque ſpiritum in virginali caſtimonia permanere, ingens propterea ſe premium à Chriſto Domino laturam eſſe; quo cum nulla huius mundi regnà, com parari poſſent deſinerent igitur illi nouas adferre moleſtias, decreuiſſe ſe de Hirtaco, hoc eſt de humani generis inimico; illuſtrem omnino reportare victoriam. Re igitur infecta cum rediiſſent, Rex doloris & contumeliæ impatiens, extremi cuiuſdam furoris aggreditur ſcelus. Erat illa cum ſuis virginib. maiorem in modum ſolitaria, & precationibus dedita; & quidem magna cum animi ſui voluptate, atque, lętitia per orationem, atque inediam tranſigebat dies; vires & ſolatia ſuppeditāte ſibi Chriſto Ieſu; Cæno bium ſibi, ſuiſque delegarat, remotum ab omni domeſtico, & populari ſtrepitu, in quo ipſa cum cæteris Deo ſeruiebat. Hunc locum igne totum delere parat, ratus vnam ex flammis Iphigeniam eripere, ſicque ſuam explere libidinē; mādat lignis aridiſsimis locum circumdari, eodemque momento ignē ſupponi. Quo iàm excurrente, Matthæus intra parietes cum Angelo virginibus apparuit, eaſque cœleſti quodam ſolatio repleuit; non modò enim forè illas intactas ignib. pollicetur, ſed haud multo poſt futurum vt crepitantium flammarum impetus in Hirtacū conuer

conuertatur;nec mora oritur,continuò ventus prævalidus quo tota ſimul vltricium flammarum vis circa Domum ſacrã excitata,ad Regis Palatium effertur, omneſque auli cos,& domeſticos Regis abſumit,tanta ſanè celeritate, vt vix Hirtacus ipſe cum filio quem vnicum habuit,fuerit in cendio ſubtractus; cæterum maioribus vterque ſeruabatur ſuppliciis. Filiũ enim diuina permiſsione Cacodęmon poſt paucos dies inuaſit;per quem ad Apoſtoli ſepulcrum vinctis à tergo manibus accurrere coactus eſt;& vniuerſa patris,ac nefaria crimina palam profiteri compulſus;Hirtacus verò Elephantiæ morbo, eſt deinceps tàm atrociter diuexatus; vt cum diu valetudinem illam aduerſam pertu liſſet,nec aliquo vnquam medicamento refriguiſſet;ſuorũ denique conſcientia criminum, perturbatus, & ui morbi in extremam deſperationem adactus, in gladium ipſe ſuũ miſerrimè incubuerit. Hic peſsimi & omnium ſceleſtiſsimi Regis exitus fuit; populus ſanè vniuerſus vt primum q̃ acciderant reſciuit pro tempore; & maxima eſt planè voluptate perfuſus,& Beiorium Iphigenię fratrem; qui & ipſe prius per ſororem à Matthæo fuerat baptizatus, in Regem ſibi delegit;& cum regnare cœpiſſet vigeſimo iam ętatis ãno; ad tertium & ſexageſimum felicissime produxit imperium, ſuſceptisque filiis duob. Regno alterum, alterum exercitui præfecit;peridque tẽpus in ſumma quiete fuit uniuerſa Aethiopiæ Eccleſia Chriſtique fides in dies magis, ac magis amplificata eſt, & D. Matthæi precibus, ac meritis mirum in modum propagata. Hactenus de ſã

D 2 ctiſsimi

ctiſsimi huius Apoſtoli geſtis & obitu, dixiſſe ſufficiat, iuxtà optimos & probatiſsimos autores, quos ad vulgatam Eccleſiæ hiſtoriam propius acceſsiſſe, comperimus; & ueriora tradidiſſe animaduertimus. Cæterum quoniam de loco martirii nō ſatis inter ſe cōſentiunt, qui Apoſtoli mortem enarrant, placuit nobis id ipſum non præterire ſilentio; vt demum liqueat quod nam fuerit ciuitati nomen in qua beatiſsimus Apoſtolus fuit martirium adeptus: & Nicephorus quidem ſic rem exponit. Sanctiſsimum hunc Apoſtolum poſtquam ad Mirmenam Antropophagorū vrbem peruenit deſignato eius loci Epiſcopo, Platone diſcipulo, ſeceſsiſſe in proximum ciuitati collem, vt ibi diuinitus per reuelationem acciperet quod ſibi pro gentium illarum ſalute peragendum eſſet; cui plurimum in oratione laboranti, apparuiſſe Saluatorem refert, ſub oueri formoſiſsimi cuiuſdam aſpectu, virgam propriis manib. porrexiſſe, iuſsiſſeque vt ad Eccleſiæ portam plantaret illā; futurum deinceps vt in arborem magnam euaderet, quę fructuum feracitate, ac guſtu alias omnes mirificè ſuperaret; Fontem pręterea copioſum, ac nitidum, ab ipſius radicib. erupturum; in quo Antropophagorum quicunque lauaretur, eius vultum confeſtim decentiori forma compoſitum; animumque miram in manſuetudinem conuerſū prorſus mutatum iri. Hæc cùm ſibi cœlitus reuelata eſſent, deſcendiſſe illum è colle in vrbem, vt mandata Domini ad vnguem expleret; factos ei obuiam Principem ipſum cum filio & coniuge (erat autem patri, ac filio Fuluia

nis

nis, Regine itidem Fuluianæ nomen) quos omnes Sanctus Apoſtolus, à malignorum ſpirituum quibus tenebantur vexatione acerrima liberauit. Oraculo deinde per quam diligenter impleto; præmonſtratisque ſignis continuò ſubſequutis; tanta fuiſſe omnes, ob miraculi nouitatem, admiratione commotos vt audito Euangelio, quod lingua eorum patria Apoſtolus prædicarat; confeſtim omnes ſalutari lauacro fuerint expiati: Ceterum non diu perſtitiſſe Fuluianum in eadem ſententia narrat; pœnitētia enim haud multò poſt ductum eſſe ait; ſuſpicatum ſ. ne ob incredibilem populi cōcurſum, qui quotidie ad beatiſsimū Apoſtolum cernebatur, ſibi quandoque Regnum adimeretur: conuocaſſe proindè primò quoque tempore milites, ac ſatellites, iuſsiſſeque vt comprehenſum illum detruderent in carcerem atrociſsimum; quod cum exequi pararet, cœleſti plaga ictum Fuluianum patrem, oculos de improuiſo amiſiſſe; eademque die Apoſtoli precib. à Deo O. M. recuperaſſe. Animi tamen feritatē haud quaquam depoſita: poſt paucos dies, tirannum impiiſſimum præcepiſſe militib. vt Apoſtolum prælongis & accutiſsimis clauis humi defigerent; bitumine ſarmentis, cæterisque ad ardendum aptiſsimis rebus circum ſeperent; igneque adhibito concremarent. Quod tametſi confeſtim illi per ſummam iniuriam & contumeliam fuerint exequuti, longè tamen aliterquam putauerant res ſe ſe habuit; Ignis enim vniuerſus in rorem euaſit fœcundiſs.mum; quo veluti refrigerio cōmatus vir ſanctiſsimus, Deo gratias modulata voce red-

debat

debat. Hoc miraculo cum Populus omnis eſſet vehemẽter commotus; acclamaſſe ſtatim quemlibet, Deum eſſe verum, & omnipotentem; qui à Mattheo prædicabatur, alios eſſe Dęmones fœdiſsimos, ac proindè falſis eorum neglectis Idolis Chriſtum Deum ſolum eſſe ab omnib. ue nerandum. Tùm Rex argenteos illos, quos ipſe colebat Deos (Duodecim quippè fuerunt illorum imagines) in mediũ afferri iubet, circum rogum proponi; vt Matthęi pſtigia (ſic enim nequiſsimus Princeps Dei miracula nuncupabat) diluerentur, atque ceſſarent. Tunc vero ignem totum continuò ad falſas imagines ſua ſpontè delatum fuiſſe; easque omnes quaſi momento in cineres conuertiſſe; ex quibus repentè ardẽtis veluti colubri ſimulacrum proſiliiſſe; qui horribili, ac ingẽti ſibilo ità Regem eſt proſequutus, vt omnęm illi copiam adimeret ſe ſe in Regiam recipiendi. Tùm ille perterritus, ad Apoſtolum conuerſus, illũ orauit ſupplex vt ab inſequentis belluæ impetu, ac furore ſe liberaret, ac tueretur. Quod & ſtatim à ſancti viri ſumma pietate facilimè conſequutus eſt; euanuiſſe enim dicit continuò ſerpentẽ & omni prorſus trepidatione principẽ liberatum eſſe. Porrò cõpoſitis hoc modo rebus, cum de Apoſtoli ſanctitate conſtantior iam omnium opiñio conſiſteret; beatum Matthęum (vt qui tempus iàm iàm inſtare cognoſceret) expoſitis principi mãdatis extremis; ſumma cum tranquillitate deceſsiſſe, & ad Chrrſtum euolaſſe ſcribit. eius verò corpus cum honorificè in arca reconditũ, in mari proieciſſent milites Fuluiani iuſſu; cupientis nouiſſimè

ſimè experiri, nam ad littus ſua ſponte rediret, eſſetque eadem mortui ſanctitas, quæ viuentis fuerat: confeſtim, uiſã fuiſſe ferream vrnam cum ſacro cadauere in littore ipſo ſupernatantem, & ad terram denique conquieſcentem. Quo ſigno demum adductus, & cõfirmatus in fide Fuluianus; Matthæi ſibi nomen arrogat. Platone autem Epiſcopo mox defuncto, per quem ipſe prius (Regno ad filium delato) fuerat ſacris initiatus, Epiſcopus ipſe efficitur, monitus quidem in ſomnis ab Apoſtolo; vt hoc ſine cunctatione munus ſuſciperet. Hæc ſunt ferè quæ de vita, geſtis, & obitu Matthęi, ſcribit Nicephorus. Quę omnia præterquàm, quod de obitu narrat, pro veris haberi poſſunt, ſi videlicet referantur ad ea, quæ per Apoſtolum geſta ſunt dũ in humanis agebat; At quæ de morte dixit (niſi ità accipiantur vt quaſi mortuus palàm fuerit exiſtimatus, verè tamen per miraculum viuus extiterit, & poſtmodùm in Aethiopiam ſe contulerit, ibique poſtremum martyrium fuit perpeſſus, quod & nõnulli ſentire videtũ) arbitramur nullatenus eſſe recipienda; procul enim recedunt à communi cęterorum ſententia, & illud minimè concedẽdũ continent; quòd Apoſtolus abſq, martyrio deceſſerit; quippè quem dicit ſuperatis omninò tormẽtis nulla ui obiiſſe quod tamen ſoli Ioanni ex numero Apoſtolorum contigiſſe legitur; qui ſuperatis olei feruentis cruciatib. in Pathmos inſulam relegatus, ſumma cum animi, corporisque tranquillitate quieuit. Reiectis igitur quæ de huius Apoſtoli morte Nicephorus ipſe commemorat, (cuius Hi-

ſtoriæ

ſtoriæ fides in multis præterea vacillat) ſequamur nos ea quæ de cõmuni Eccleſiaſticorũ ſcriptorũ cõſenſu; ſupra retulim⁹. Ea enim omnia de vita, geſtis, & obitu Sanctiſsimi Apoſtoli, ſine cõtrouerſia pro ueris omninò ſequenda videtur. Quod autẽ fuerit ciuitati nõmẽ, in quã phibetur õccisus, cũ cõpertũ non habeamus ex autorũ monumentis; nec nos quicquã certò de hoc volum⁹ affirmare. Simon Metaſthenes Hierapolim illã nũcupatã ſcribit, cui & Lippomanus aſſentitur D. Antoni⁹ verò Nadaberẽ dictã fuiſſe autumat; nos ex manuſcriptis quibuſdam Eccleſiæ noſtrę Lõgobardorũ de sãcto Matthæo hiſtoriis, Tarriũ Vrbem vocatã fuiſſe accepimus. Quãuis autẽ de nomine Ciuitatis nõ cõueniat inter Hiſtoricos, illud tamẽ certè inter eos cõuenit in Regia Æthiopiæ ciuitate beatiſsimũ Apoſtolum martyrio coronatum ad cœlũ euolaſſe die xxi. mens. Septẽb. quod & recipiẽdũ eſſe nequaquã ambigim⁹. Tam etſi apud Græcos xvi. Nouẽb. celebrari Imperatoris conſtitutionib⁹ ab Enimũdo Bonifidio digeſtis ſub tit. de feriis relatũ ſit; Ioach. p. Iaco. Vorag. Anton. Hiſtor. par. prima tit. vj. c. xiii. Lippom. de vit. sãct. par. prima f. 390. Niceph. Eccles. Hiſtor. lib. 2. cap. 41. Rober. Carac. de sãctis Guilelm. Eysẽgrein. cẽten. 1. par. 2. diſt. 6. Pet. de Natalib. lib. 8. cap. 100. Vſuard. Martirolog. in mẽſ. ſeptẽb. Enimũd. Bonifidius iur. oriẽt. in legib. Emanuel Cõmnenii. Oecumẽ. in act Apoſt. Hacten⁹ de nomine, vocatione, vita, geſtis, & obitu sãctiſſ. Apoſtoli dixiſſe ſufficiat. Nunc quo pacto glorioſiſsimũ eius corpus Salernum aduenerit exponamus.

ARGVM.

AB AETHIOPIB. QVASI AB INdignis ſacrum Apoſtoli Corpus ad Britannos defertur.

Cap. V.

SEDATO Iam per Hirtaci mortem totius populi tumultu; quem Apoſtoli mors iniquiſsima ſuſcitarat; compoſitisque ſub Beiorio rege totius Aethiopiæ reb⁹.; vera Chriſti fides in dies eſt Diui Matthęi precib. per vniuerſum Regnum adaucta. & Euangelii veritas latiſsimè propagata; Quamobrem & ipſo, regnante Beiorio, & deinceps trecētis annis, & vltra; quoniam Apoſtolica mandata ſeruarūt diligēter Aethiopes, ſumma omnes illæ gentes tranquillitate, ac felicitate potitę ſunt, hoc ipſum (vti credendum eſt) impetrante in cœleſti patria Matthęo, quem de totius eius Populi ſalute ſolicitum aſsiduè fuiſſe veroſimillimum eſt; quem ipſe ſuis laboribus Deo peperat. At vbi relictis documentis Chriſtianæ fidei, ſpretisque monitis, quibus ſanctus Apoſtolus Eccleſiā illam viuus erexerat, & fundauerat; Aethiopes ſe ſe carnis illecebris, atque voluptatum omnium flagitiis dedidere; beneficiorum immemores, quæ per tot ſęcula receperāt, ac ingrati erga Deum, & ſacras Euangeliſtæ reliquias; in maximas demum ærumnas inciderunt, & ipſum, quem

82

tem rotatus, aſsiduis incrementis, viginti horarum ſpatio circulum conficit, & impetu horribili, ſæuiſque turbinib. vaſta illa Aequora vehementiſsimè conmouet, eo autem paſsim increbreſcente, tàm ſæua tempeſtas exoritur, adeò que ingentes excitantur fluctus, vt nauigium modo attolleretur altiſsimè, modò infimè magna omnium cum trepidatione deſideret. Augebat perturbationem, ac metum cùm intempeſta nox cœcæque tenebrę tùm verò minantes circa ſcopuli, quos euitare nulla ſe ratione poſſe ipſi nautæ fatebantur. quo in diſcrimine cum per plures dies detinerētur vi ventorum ac procellarum per maria diuerſa iactati, demum ad vrbis Regiæ Tarrii portũ in Aethiopiã propelluntur, quem continuo ſubeunt quantò cum omnium dolore, cæterorum ſit iudicium, cum tàm longam ac periculoſam nauigationem, retexere, & remetiri cogerentur. Quæ res tametſi magnam omnes indubitationem adduxit: tamẽ, deſcẽdũt in terrã partim ad commeatus petẽdos, partim vt aliquã ei⁹ loci notitiã acquirerẽt; loca igitur hactenus inuiſa, terrarum ſitũ, cœliq; plagã admirari circum eunt; ac ob miram ſolitudinem ferè ſubſiſtunt. Dum verò in huiuſmodi ambiguitate, ac timore verſantur; Ecce obuiam illis procedit vir quidam maturæ ætatis, inſigni quadam ſanctitate prædit us, ac omni reuerentia dignus qui vltro illos alloquitur, genus, & patriam percunctatur diligentiſsimè, & quaſi opem allaturus inſiſtit. Tùm illi eius grauitate, ac maieſtate permoti, haud grauatè reſpondent, eidem omnia exponunt quæ inter nauigandum ac-

ciderãt,maxima cum animi trepidatione ad littus applicu iſſe, quod ignorarent in quam orbis regionem ex ingenti tempeſtate peruenerint obſecrare humiliter ſenẽ vt miſeris aliquo pacto ſubueniat. Commiſeratus vir ille ſanctus ſic eos affatur. Sunt profectò quæ narratis extrema, atque grauiſsima; cæterùm quia diuina permittente prouidentia contingere, boni plurimum ex iis euenturum eſſe, confidite. Mox omnium fidem adſtringit, & promiſsionẽ ab vniuerſis expoſcit vt quæ dicturus eſſet attentè perciperent, & quæ mandaturus exequerentur; fore deinceps vt feliciſsimo; ac citiſsimo vento reuertantur onuſti etiam præcioſiſsimo quodam Theſauro; cuiuſmodi ne optare quidem mercatoribus vllis vnquàm anteà contigiſſet. Spondent illi confeſtim omnia. Tum ſenex, adueniſtis (inquit) diuino ducente conſilio, in Aethiopum regionem, & ad vrbẽ regiã applicuiſtis, in qua Mattheus Ieſu Chriſti Apoſtolus poſt prædicatum Euangelium, & confirmatam, ac propagatam illius in vniuerſa hac regione fidem, martirio coronatus, atque ſepultus eſt. Hanc ipſam vrbem (ita exigentibus incolarum meritis) à barbaris, finitimisque nationibus deletam, direptamque conſpicitis Apoſtoli illius Deo chariſsimi corpus vbi iaceat mihi ſoli notum extat, cæteri omnes prorſus ignorant. Mecum proindè ad ipſius ſepulcrum accedite; ac tam nobile, pretioſumq; Theſaurum feſtinanter ſuſcipite, & in regionem veſtram ſumma cum alacritate traducite, illud præcipuè conati, vt ei ſumma (vt par eſt) reuerentia, & veneratio ſemper exhibeatur.

beatur. Ad hæc mercatores vno conſenſu, agnoſcimus (aiũt) vir ſanctiſsimè mœrores, ac labores noſtros, in maximã quietem, lætitiamque conuerſos eſſe; quandò illud nobis è cœlo datur (te indicante) quod Britanniæ vniuerſę, & pręmaximum, & ſalutare futurum eſt munus. Eia agè, duc nos quò promittis, vt quam citiſsimè tanti muneris cultu, atque honore dignemur; curaturos ſe pro virili vt illud in patriam omni cum veneratione perducãt. Tũ ſenex paratos illos conſpiciens, ducit omnes ad ſepulchri locum, qui haud ſanè procul erat, arcam ſub maceriæ latẽtem indicat; modum quo exhiberetur ac ad nauim perduceretur, exquiſitè præfinit, & ſtatim ab eorũ oculis euaneſcit. Conſternati primùm Britanni non mediocriter, ac rei nouitatè perterriti; ſeſe mutuò reſpiciunt, ac ſilent. mox diuino mouente ſpiritu agnoſcunt ſenem illum Matthæum ipſum fuiſſe. qui omnia ipſis indicauerat; reſumunt animũ redeunt illis vires, vnde & alacriores, & fortiores effecti: Apoſtolicum ſepulcrum ilico maxima cum pietate, ac religione demoliri parant, cœptum opus miraculi præſtantia iuuat. Siquidem lapis quo ſepulcrum obtegebatur tantæ magnitudinis, ad molis erat; vt multorum hominum, atque inſtrumentorum ac illum dimouendum exigeretur conatus; hic tamen paucis illis viris omniq; miniſterio deſtitutis ita effectus eſt leuis; & ſponte ſua crediderint illũ fuiſſe dimotum. nullo quippè negotio ſuſpenſum deiciũt in alterum latus & ſacroſanctum continuò corpus detectum conſpiciunt non mõ non abſumptum temporis diuturni-

turnitate ſed etiam integris veſtimentis amictum;ea inſuper auctum dote reperiunt; vt flagrantes ſtatim varios efflarit odores miræ cuiuſdam ſuauitatis quaſi ex pluribus ſimul ſuccenſis aromatib. prodeuntes. Erat opinor operta facies, manus in Crucis formam ſupra pectus compoſitæ,quaſi recens conditum ibi fuiſſet. Educũt illud magna cum veneratione,ſine vlla tabe,ſine vlla prorſus comminutione;& qua maiori poſſent celeritate, atque lætitia ad nauim vſque propriis humeris efferunt certo ipſum loco nitidioribus pannis inuolutum reponunt, & eum non ſemel vidiſſe contenti,iterum, atque iterum reuerentur, & magnam cùm è corporis ſacri præſentia, lætitiam capiũt tum verò maiorem,quod animam pro illis omnib. deprę cantem aſtiſtere Deo conſtantiſsimè credunt;colligũt abſque conctatione ſarcinulas nauim conſcendunt, ſe ad reditum accingunt ſeluunt portu, & feliciſsimis auſpiciis ſe committunt pelago. O admirabilem Dei O. M. potentiã Quos anteà ventorum ui extra propoſitum nauigationis curſum per maria diuerſa iactati & in maximas anguſtias incidere permisit: hoc modò lætiſsimos ſereno cœlo,ſine ullis impenſis ſine labore, ingenti theſauro onuſtos,in patrios fines celeriter redire concedit. Vt primum ventis vela dederunt mare vniuerſum quod anteà tumens fuerat & in feſtũ, illicò deiectum & placidiſsimum redditur fluctus qui dudum inter ſe veluti arietantes atque colliſi pugnabant nunc ceu ſomno quodam correpti iacebant. Tempeſtas quæ paulò antè denſiſsimis imbrib. coaleſcẽs

naufra-

naufragium vndique minabatur, iam in ſerenitatem ſum mam conuertitur. Ventus ille, qui nuper nauigium ſurſũ uerſum extremo cum omnium periculo agitabat, nunc quieſcit,& ſilet,eiuſque vicem placidiſsimis quidam Ze-phirus ſubiit, quo duce paucis ſanè diebus patrium littus & conſpicere, & tenere feliciter poſſe ſperabant. Quod & celerius opinione contigit; nauis enim, tametſi nullus gu bernator in explorando vado,contemplandoque per ma gnetem curſu,tempus conſumpſerit,ſecundo acceleri vſa vento,pauciſsimis diebus ad littus Brittannicum,quod an tea reliquerat applicuit;non terrenis onuſta mercib. quib. vectores ipſi diteſcunt;ſed cœleſtib.ac diuinis,quib. & ipſi & brittannorum gens vniuerſa, beatitudinem,& gloriam cœleſtem facilimè conſequi poterunt. Ex hac ipſe nauiga tione coniicimus factum fuiſſe vt promontorium Goboa quod eſt infinib. britãnię minoris ſecũdũ Ptolomęum, & Melam;fuerit appellatum ſancti Matthęi,ita enim appel-lari illum hodie;ſcribit Oliuar:in ſcholiis ad Melam lib. 1. c.3. quod & cõfirmat apud Ptolomęum Ruſcell.in 3.tabu la Europæ. Vbi mercatorib.in conſpectu fuerunt ora Bri-tãniæ,cũ ita propè ab cõtinente abeſſent,vt quolibet ven-to littus ipſu mtenere poſſent;mirati nautæ breuitatem iti neris,& maris totius tranquillitatem;uno omnes commo ti ſpiritu acclamantes, Hymnum lętabundi cecinere cir-cum Apoſtoli corpus, cuius precib. non dubitabant ſe tã-tum à Deo beneficium conſecutos;procumbunt proindè omnes, genibusque flexis Apoſtolo gratias referunt;pre-

cantur

cantur ut ſecum perpetuò maneat, actiones inſtruat, patriam defendat, omnes Britanuos in ſalutis ęternę portum adducat. Hoc illis ſumma cum pietate, & fide precantib. adoleſcens quidam qui cum ipſis erat, fidei deſtitutus auxilio, adorationem hanc damnat, ſocios increpat, ſanctas reliquias contumelioſis uerbis contemnit. Sed ſceleris pœnam absque vlla mora experitur: quia confeſtim adhęſit eius lingua palato. Tūc ſuam ipſe temeritatem agnoſcēs; cum verba proferre nequiret; cordis pœnitentiam, ac mœrorem geſtu, vultuque ſignificat, ſociorum implorat lacrimis auxilium. Ipſi vero cùm pietate commoti ob iuuenis infortunium; tum verò miraculi magnitudine excitati maxima tum vi lacrimarum ad ſanctiſsimum Apoſtolū preces effundunt pro ſtolido, ac infelici adoleſcente; quarum tanta fuit efficacia; vt in ipſo fere orationis exitu muto lingua reſtitueretur & loquēdi facultas rediret. Interea rumor paulatim in vulgus irrepſerat, rediiſſe mercatores cum ſancti cuiuſdam reliquiis è longinquo adductis, quē & voces illorum omnium auxere quicunque à Dęmonibus obſidebantur, diſcurrentes quippe omnes per loca, vicos, atque plateas vociferabantur paſsim clamitantes accurrite, accurrite Britānt, ad Ocæani littus; & allatū Apoſtoli Matthæi corpus ſuſcipite. Quibus commoti vocib. & rei iam prouulgatę fama compulſi populares, feſtinãt turmatim ad littus, rem ſciſcitãtur atque inuicem geſtorum omnium rationem fruſtra perquirunt. Quò cum & dęmoniaci quamplures ex varijs locis ſe contuliſſent, ex propin

quo

quo nauim proſpicientes qua ſanctiſsimũ illud corpus ad ferebatur continuò maligni ſpiritus ab omnibus receſſere. Stupent Britanni miraculo, maioriq; tunc ſolicitudine partim ex ipſo littore percontantur elatis vocibus quid ſit quod ſecum afferunt tantæ virtutis, partim moræ impatientes minoribus quibuſdam ſcaphis obuiam procedunt, vt iam iam deſcendentes in terram, mercatores corám alloquantur, & oculata fide percipiant tantæ nouitatis ratioñe. Dum hæc fierẽt, maior pars eorum lætiſsimis omnium acclamationib. littus ipſum tenuere, exponunt cõfeſtim rem totã ab ouo, maximã erga ſacrum Apoſtoli corpus in mentib. omniũ veneratioñe excitant, ſunt ilicò qui rem ipſam ad Solomonem, qui tum forte Regnum illud moderabatur, vt ex manuſcriptis Longobardorum Chronicis ipſi percipimus, per prudentes, ac magnates viros perferendã curent. Qub. cum indubiã fidẽ adhibuerit, mãdat accerſiri ſedulò primates, & optimates omnes & ſplendido comitatu ſtatim pergit ad portũ: à quo non ſanè procul fixis anchoris pretioſa nauis pendebat in ſalo, mãdat eã ꝓpiꝰ ad littꝰ adduci Remulco, vt inde cõmodius, & honorificẽtius ſanctiſsimũ illud corpus educatur. Quod tametſi ſtudioſiſsimè conati fuerint nautę oẽs ꝓſicere, nũquã tamẽ illã loco mouere potuerũt: aderat fortè magna vis nautarũ, & cętera multitudo ingẽs, oẽs vnanimiter accurrũt exhibẽt ꝓ virili ſe ipſos, totis viribꝰ enituntur, funibꝰ, aliſq; oportunis adminiculis ſatagũt nauim ꝓpiꝰ adducere, ſed oĩa fruſtrà conãtur, ea n. immota manet,

& ne modico quidem ſpatio potuit à loco moueri; diceres vel humi defixam, vel aquas circa illam in ſolidam glaciem eſſe conuerſas, deniq; multa incaſſum cedente opera, multo inutiliter impenſo labore, deſiſtitur ab incœpto. Tum mœrentem, ſilentemq; Regem, Cornubiorum Dux prudentia, ac religione inſignis, ſic alloquitur: Nouiſti Rex morem impium, ac prauam conſuetudinem, à multis iam annis, in hac tota regione vigere; vt ſtatis quibuſq; temporibus, è ſingulis Britanorum familiis bini, vel ſinguli per vim diſtrahantur homines in exteras quaſq; gentes, pretiumque in publicum redigatur aerarium. Fœdum hunc, atq; impium morem perhorret Apoſtolus, vt ego quidem cenſeo, indignumq; putat apud eã diuertere Gentem, quæ tàm dirum facinus, & admittat, & patiatur; Pietatem proinde tuam decet; non modò prauam hanc conſuetudinem abolere, nè inuiti de cætero liberi homines venundentur; ſed illud hodie decernere, vt pecuniarum tantundem, totidemq; viri ſacro Apoſtoli ſeruitio deinceps addicantur. Probant omnes religioſi Ducis ſententiam, ob eamq; cauſſam arbitrantur conſtitiſſe nauim in aquis immobilem, quòd barbarum planè ritum indignatus Apoſtolus perhorruerit. Quamobrem & rei veritate, & Ducis adhortatione commotus Rex, ſtatim oculis ad nauim cõuerſis in hunc modum Regia authoritate loquitur, atq; decernit. *Poſtquam nullis meis, aut meæ gentis meritis expoſcentib. Regionem hanc inuiſere dignatus es Matthæe Beatiſſime; quò facilius ad æternam gloriam capeſ-*

capeſſendam inſtrueremur, tuiſq; apud Deum precibus, atque interceſſionibus muniremur. Placet mihi uectigal, quod hactenus ex iniquo comercio, meo conſueuit Aerario pendi, tibi deinceps in perpetuum elargiri; capitaq; uirorum, quæ turpiter uendebantur tuo in poſterum dedicare ſeruitio, ſucceſſoribusq; noſtris hoc abrogandi decretum penitus licentiam interdicimus. Hæc ut ex toto animo do, dico, addico; ita à te ut recipiantur ſummis precibus ego, populuſq; tuus iſte rogamus; Non dum hæc flexis genibus per orauerat, cum nauis, quæ tantis anteà ponderib. pelago videbatur affixa, ſponte ſua ad littus vſq; peruenit. Mirantur proinde Rex, ac proceres omnes, totaq; turba ſtupeſcit; miraculorum ſeriem, quæ in Oceani littore patrata ſunt, memoria recolentes. Intereà nobiliores ſanctiſsimum corpus educunt; quod Rex ipſe ſtatim, atq; Primates Regni propriis elatum humeris, in Regiam Vrbem (cui nomen Legio tùm erat) pſalmos, himnoſq; modulantes deferunt; illudque in Eccleſia, quę Diuo Paulo fuerat olim erecta, deponunt; aptiſsimo ſanè loco tumulum ſplendidiſsimum conſtruentes, & quoniā vetuſtate collapſum ferè ſacellū ruinam vndiq; minabatur; confeſtim Regio Conſilio decernitur vt ibidem nouum, atq; magnificentiſsimum extruatur templū; quod deinceps Matthæo Euangeliſtę, atq; Apoſtolo ſit religioſè dicandum. Quod & maxima cum feſtinatione paucis menſib. eſt peractum; ibidemq; ſummo, ac præcelſo loco ſanctiſsimum corpus magnificētiſsimè collocatum fuit. Vbi, & diu permanſit, & multis Regnum illud miraculis illu-

illuſtrauit; quandiu enim Britannica gens, non malè de Sancto Apoſtolo merita fuit, quandiu inquam Ciuitas ipſa (prout debuit) eſt ſacras illas Reliquias venerata; tandiu frequentibus fuit famoſa miraculis; & exterarum quoq; gentium concurſu claruit. Admirabilia porrò multa quæ iis temporibus in tota regione ex Beatiſsimi Apoſtoli præſentia contigerunt; tam & ſi ad pietatem ac Chriſti fidem valerent plurimum ſi narrarentur; quia tamen noſtrum eſt conſilium, ſanctiſsimi corporis trāſlationem breuiſsimo quodam comentariolo complecti: Miraculorum hiſtoriam, conſultò reticere decreuimus, & piis hominibus contemplanda relinquimus.

A R G V M.

BRITANNIA OB REGEM OCCISVM direpta ſanctiſsimum corpus ad oras Lucaritæ, diuino conſilio transfertur.

Cap. V I.

QVOD erga Deum ingratis, ac religionem, fidem, pietatemq; ſpernentib. vſu venire ſolet, vt priuati beneficiis, atq; muneribus; ſcelerum, atq; ingratitudinis pœnas luant: Hoc ipſum Britannis haud multò poſt contigit, quia donorū cœleſtiū, ac religionis obliti, ſanctiſsimi Apoſtoli corpore indigni effecti ſunt; & nō modò tanto fue-

to fuerunt priuati theſauro; ſed flagitiorum inſuper omnium pœnas, per quam cumulatè dederunt. Rem verò totã ex manuſcriptis Eccleſiæ noſtræ Chronicis ſic exponimus. Quinquageſimus agebatur annus à tranſlato in Britanniam beatiſsimo corpore; regnabatq; ad huc Salomõ religioſiſsimus, ac prudentiſs. Princeps; cũ Britanni optimas pertæſi leges, atq; iuſtitiam, & temperantiam Regis peroſi; illum die quadam ad Eccleſiam ex more venientem, in atrio ipſo hoſtiliter adorti, fœdiſsimè trucidarunt. Id cum Romam perlatum eſſet ad Flauium virum Patritium, cuius filia Salomoni nupſerat; ægreferens ipſe tantũ facinus, impetrat cõfeſtim à Valẽtiniano Auguſto, in cuius ſocietatẽ, atq; amicitiã Rex Britanniæ iampridẽ receptus fuerat, vt traſmiſſa claſſe in Britanniam populos illos pro admiſsi ſceleris infamia puniret. Cæſar .n. & facinoris turpitudine permotus, & Flauii precibus impulſus, decernit illicò vt ex Apuliæ, Calabriæ, Lucaniæ, cæteriſq; maritimis Italiæ Ciuitatibus claſſe ꝓualida cõparata; certi Duces in Britanniã maxima cũ celeritate traiiciant; dignaſq; pęnas tãtæ ſceleritatis exigãt. Delecti Duces, vt Principis volũtati obſequãtur, & ſuaptè natura appetentiores gloriæ, nulla interiecta mora cõſcribunt milites, expeditionẽ in Britanniã edicunt, paucis diebus parata ſunt omnia, ad Oſtiã in orẽ Tyberis vrbẽ cõcurrũt vndiq; ſcripti milites, inde maritimũ iter Deo bene iuuãte ingrediũtur, tantus omnib. ardor erat in Britanniã traiiciendi, tãta prædandi cupido, vt nõ ad bellũ remotiſsimũ ac perdifficile,

ſed ad

ſed ad certa victoriæ premia duci videretur exercitus. Quarè confecto feliciter itinere, ſpeq; omni ac ſermone celerius enauigato Ocæano, Britanniam ingreſsi ſunt. Indigenæ repentino exercitus aduentu perculſi, tantiſq; Italorum copiis perterriti, legatos ad Duces de pace, ac ſe ipſos expurgatum mittunt; at illi communicato conſilio dimittunt eos re infecta domum. Et quę bello vſui forent magna ſolertia comparant; proxima die milites loco ſtare neſcientes prima quæq; loca diripiunt, hoſtilem enim terram ingreſsi diſcurrunt, vtrinq; villas occupant, pagos incendunt, ciuitates ingrediuntur, haud talia timentes hoſtes, ſi qui fiunt obuiam, capiunt, trucidant, in fugam conuertunt, omnia depopulantur. Si qua verò manus hominum, in tāta rerum inopia tumultuariè opponebatur, vt primos videlicet noſtrorum impetus exciperent, feroces quidem, audaceſq; initiò pugnæ erant, ſed vt in diſcrimen veniebant vilis potiſsimum barbaries illa periclitabatur, & fugam arripiebat. Hunc in modum totam ferè prouinciam victores excurrunt, & aut ſine pugna rerum potiuntur, aut ſi quando venitur ad manus nonnullis editis prælis victoria tādem penès noſtros ſtabat, fuſis, fugatiſq; Britannis. In primis autem illa noſtris cura fuit, vt pōtibus occuparent paludes, quò poſſent in tutò ſtare milites, atq; in ſolido præliari, ſiquidem Britanniæ, pleraquę loca frequentibus Ocæani alluuionibus paludeſcunt; per quas Barbari ipſi ad ilia vſq; demerſi quaſi natantes excurſant. Sic vbi totam ferè planitiem Itali ſeruatis ordini-

bus

bus tranſmiſerunt;ad Legionenſem Vrbem peruētum eſt vbi Regis erat facta neceſ. Ea tùm per ſe populo abundabat, quòd erat veluti quoddam Inſulę totius emporium; tum verò magis eo tempore aucta confluentibus illuc ex agris,oppidulis, viciſq; circà relictis vndequaq; Britannis; fidebāt quippè omnes Vrbis magnitudini. Cæterùm, diuina id vltione permittente, ſua fuerūt omnes opinione decepti. Siquidem noſtri Vrbem ipſam ſtatim inuadunt, ne vno quidem die ad requieſcendum indulto.Igitur Machinamentis omnifariam admotis, nulloq; oppugnationis genere prætermiſſo, circundatis veluti indagine quadam muris, magna vi, atq; alacritate pugnam capeſſente milite, reſiſtentibus quamuis audaciſsimè ciuibus;paucis horis bellum conficitur,& ciuitas ipſa per vim occupatur. Immiſſus in eā exercitus, diripit celeriter vniuerſam diruit ædificia, obuium quenq; interficit, & vaſtatam deniq; atq; deſertam relinquit. Ducebantur captiui quamplures partim vt indicarent ſiquid pretioſum abſconditum, vel extra manus ſepoſitum fuiſſe ſcirent;partim magna eos pecunia redemptum iri ſperantib. Italis.Inter eos erat fortè fortuna Presbyter vnus (Amelio illi nomē erat) qui cum eſſet ſplendidè ſatis indutus,manibus à tergo vinctis per vim trahebatur quaſi magnum quoddam ex illius captiuitate premium ſperaretur, is ratus ſibi vel moriēdum, vel extrema omnia ſubeunda, eiulatus miſerabiles emittebat; illi contrà per ludibrium, & contumelias petulanter diuexabant, anguſtiis autem paſsim creſcenti-

bus

bus bonus ille vir ad ſupplicationes cœleſtiū ſe conuertit, & Matthæum Apoſtolum elata voce frequenter inuocat, & ipſius magna cum anxietate auxilium implorat. Eia (inquit) Apoſtole beatiſsime, adſer mihi opem precor, tuus ſum ego miniſter aſsiduus, noſti quanto cum dedecore tua ſit hæc Ciuitas expugnata, vides quantis ego miſeriis afficiar, non me latet poſſe te, dum velis omnia ſedare, meq; ab hoſtium manibus eripere, hæc cum ſummis ini tiò vocibus ſemel, atq; iterum exclamaſſet: veritus dein ceps nequid de illo ſic deprecante ſuſpicarentur hoſtes: quippè quos viderat ſacra miſcuiſſe profanis; cœpit ſecū ipſe dictitare preces eaſdem, & humiliori voce ſæpius Diui Matthæi Apoſtoli, & Euangeliſtæ nomen lacrimabundus repetere. Id cum animaduertiſſet Gauinius Brutianæ Claſsis Pręfectus, accuratius verba illius omnia perpēdit: & nouum quiddam ex illius precatione præſagiens, attentiſsimas præbet aures, & propius ad captiuum accedit, cumq; illum ex corde intimo ad vnum Beatum Matthæum preces conuertentem, eiuſq; miracula multa ibidem edita commemorantem, perſpiceret: ad eum conuerſus. Quid eſt hoc (ait) quod vnum Matthæum inuocas; & tam anxiè eius ſolius opem ex poſcis, non ne Deū ipſum innummerabiles alii ſancti pro te orare poſſunt, quos & Chriſtiani omnes vulgatis cōſueuerūt litaniis de precari: Tum Aemelius veritus iterū nequid ſibi deterius contingat ſi rem, vt erat exponeret, quaſi de ſua religione malè iam milites ſentire cœperint, diſsimulare primùm

haud mediocriter titubans: mox eiuſmodi ſuam deprecationem parum veroſimiliter interpretari, deniq; multa per fallaciam comminiſci, ne cauſam ſuæ erga Beatiſsimum Apoſtolum fidei proferret in medium. Quo circà non tam ex verbis ad aliquid occultandum compoſitis, quàm ex ingenti eius trepidatione maiorem Gauinius ſuſpicionem contraxit. Natura ſiquidem ita comparatum eſt vt ſuſpecta magis ſint quæ diſsimulātur ſilentio, ideoq; tunc magis vrgendum ratus, partim incutit timorem cōiiciis; partim alliicit premiis ad dicendum; daturum ſe illi, ſuiſq; omnibus, ſi qui captiui eſſent, omni modo libertatem ſiquæ de Apoſtolo Matthæo nouit, exponeret. tunc ille, ſuæ, ſuorumq; libertatis percupidus, maturius quoq; conſiderares; nihil ſibi timendum eſſe ſi omnia diuulgauerit. Exponit cōfeſtim quæ à quinquageſimo iam anno, contigerant, circà glorioſiſsimi Matthæi tranſlationem, atq; miracula. Locum præterea vbi reconditum ſacrum eius corpus erat, lubens oſtendit; accurrit præfectus cum ſuis haud ſanè minus exultans ob tantū theſaurum compertum, quàm ob conceſſam diuinitus ſibi victoriam. Perueniunt maxima cum feſtinatione ad ſepulchri locum, vrnam operiunt, Reliquias omnis planè tabis expertes vident; flexis humiliter genibus lætabundi venerantur: tunc deindè abſq; vlla mora educunt; & Amelio, ſuiſq; omnibus libertate donatis; quò poſſunt honorificentius perducunt ad naues: Intereà feliciter confecto prælio, deletaq; ferè Britannia; exercitus ipſe multiplici

prӕda locupletatus, colligitur. Naues conſcendit, feliciſſimo vento ſoluit à littore; eodemq; felicius comitante, Cæſarea Claſsis Italorum, paucis diebus, pauciſsimis noſtrorum deſideratis, ad patrios fines reuertitur. Dum verò hæc nauigatio peragеretur, non ceſſauit Apoſtolus à miraculis, prӕterquam enim quod ipſa fuit maximo cũ miraculo breuiſsimo temporis ſpatio confecta; ſunt etiã edita pleraq; in nauibus ipſis, quæ vt reticeamus facit ipſa breuitas, quam ſtudioſè ſectamur. Cæterum vnum illud nolumus ſilentio prӕterire, quod cum naues omnes ad Thiberina Oſtia perueniſſent: Cæſaris prӕfectus, inuidia magna percitus, quod Brutii tàm inſigni, ac prӕclaro theſauro potirentur, agitat mente dolum, quo illis cœleſtem auferat prędam. Statuit enim militaria iura turpiter violare, Brutianaq; nauigia hoſtiliter inuadere, vt in ſuam poteſtatem venerandas illas reliquias reciperet, eo igitur inſtruente claſſem ſuam, maximoq; apparatu, ceu prӕliaturus diſponente; nauis illa quę ſacrum Apoſtoli corpus aſſeruabat, in ſumma tranquillitate maris, de improuiſo à portu euellitur, diuinoq; ductu in vaſtiſsimum elata pelagus, per ingentes procellas, ictu ferè oculi ad oras Lucaniæ perducitur, & ſic iniquam Cęſarei prӕfecti conſilium eluſit.

Apud

ARGVM.

APVD LVCANOS, CVM DIV DELItuiſſet, tandem fuit diuina reuelatione compertum.

Cap. VII.

QVemadmodum conſtat ſacrum Apoſtoli corpus ad Lucanos eſſe tranſlatum ex Britannia: ita quo loco, quaue in Eccleſia fuerit reconditum; quidue de illo traditum ſit literarum monumentis, prorſus ambigitur, quamobrem ad ſexcentos circiter annos videtur delituiſſe, adeò, vt ne mentio quidem vlla fieri de ipſo valeat. Neceſſaria tamen nos coniectura ducit vt credamus fuiſſe illud, & ſummo cum honore receptũ à populis illis, quorũ milites ex Britannia tranſtulerant, & honorificentiſsimè in Eccleſia quapiam regionis maritimæ collocatum, ibiq; maxima in veneratione habitum, donec gentes illæ frequentiſsimis Barbarorum incurſionib. diſsipatæ, locaq; omnia deuaſtata ſunt, imò verò credendum eſt ingẽtia quoq; ac permulta miracula iis edita fuiſſe temporibus, quorum omniũ excidiſſe memoriã haud ſanè mirum videri debet, cum ciuitates, & ædificia ceciderint, quib. potiſsimũ geſtarũ rerũ monumẽta conſiſtũt, & cõſeruãtur. Neq; id videtur abſq; diuino cõſilio ꝑmiſsũ vt.ſ. poſt multa ſęcula, beatiſsimi Apoſtoli gloria quaſi renaſceretur, quę iterum ſit omnib deniq; ſęculis duratura.

Regnante igitur Giſulſo Salernitanæ Ciuitatis Principe; circà milleſimum, & Quinquageſimum annum à Chriſto nato; qui à Britannica tranſlatione erat circiter ſexcenteſimus, cum Lucaniæ, atq; adeò Italiæ totius eſſet ingens facta mutatio, & non modo innouatæ gentes, ſed locorũ quoq; facies immutata fuiſſet: contigit vt ſacri corporis inueniendi diuinitus quædã occaſio naſceretur; cuius memoria erat penitus temporis diuturnitate, rerumq; omnium mutatione perempta. Erat in Lucaniæ partib. anus quædam ſanctimonialis, cui nomen Pelagię fœmina quidem pietate, ac religione inſignis, quæ filium habuit iuſtæ ætatis virum, qui & ipſe Deo dicatus erat, Monachus quippè fuit nomine Athanaſius. Illis ſeorſim habitantib. contigit nocte vna vt dormientem Pelagiam vir quidam valdè ſenex, ſplendidè amictus, ſummaq; reuerentia dignus, ſic in ſomnis alloqueretur: Excute ſomnum Pelagia accerſe filium Athanaſium, eſt quod magnum quiddam agatis, ſumma cum veſtra felicitate, iube vt tecum ſummo mane proficiſcatur; pergite ad orientem, proximum ab hinc locum inuenietis, in quo balneum maximæ vetuſtatis apparet; & quamuis iniuria temporis hodie ſublateat, adeò vt à pertranſeuntibus non facilè conſpiciatur: perquirite tamen vos adſiniſtrum latus & ſumma quædã eius veſtigia videbitis. Tunc propius accedite, & ad dextram eius, dirutam quandam ædificiorum molem conſpicietis; immenſa materie contectam; fuit ibi quondã priuata domus, quam religioſi tum homines ſpecioſiſſi-

mam

mam dedicatum, & concinnarunt Eccleſiam. Hæc à Bar
baris fuit mox euerſa funditus, ac deſtructa; latet ibidem
ſub ruinis altare, vepribus dumiſq; contectum; à quo ſi
marmorea menſa dimoueatur, Sacroſanctum Matthæi
Apoſtoli, & Euangeliſtæ corpus videbitis, ibi à fidelibus
piiſq; Chriſtianis ante multa ſecula honorificètiſsime cō-
ditum. Quod ſanè ex Æthiopia primū in Britanniam trā
ſlatum, inde ad has horas perductum; nunc vobis diuina
iubente prouidentia, feliciter innoteſcet; vt in omnium
antiquiſsima, nobiliſsimaq; Metropoli Salernitanæ Ec-
cleſiæ, collocetur, ad perenne totius prouincię veſtræ pa
trocinium; eiuſq; ciuitatis gloriam atq; feli citatem. Hęc
omnia tibi nunc ego denuncio; quòd tuam erga Deum
pietatem cognoui iampridem, ac perſpectam habui. Per
gè igitur, Athanaſio renuncies hęc, quę narraui; ſatagite
ſimul exequi quod mandatū eſt. Ego ſiquidem ipſe ſum
Matthæus ille Apoſtolus Chriſti, qui ad Dei omnipoten-
tis honorem, & Salernitanæ gentis ſalutem, meas illas
Reliquias iterum in lucem prodire deſidero. His dictis,
cum ipſa voce ſancti viri ſimulacrum receſsit & eſt confe
ſtim à ſomno excitata Pelagia. Quæ vt ſummę pietatis
erat mulier, indignam ſe ſanctorum viſione reputans, rē
hanc filio narrare erubuit, verita ne iactantiæ, & vanæ glo
riæ notam incurreret, ſi ſancti cuiuſpiam ſecum habitum
colloquium referret. Diſtulit ergo ea die filium alloqui;
porrò ſequenti nocte, idem ille ſenex, iiſdem ſermonib.
eam compellat itidem dormientem. Summo tum ma-

ne conſurgit fœmina, ad filium properat, quæcunq; ſibi in ſomnis ſemel, iterumq; contigerant, ad vnguem expo nit, precatur hanc monitionem ne contemnat. Athanaſius, ſuſpicatus ne, dæmonum opera mater illuderetur, vt qui ſciret Sathanam plerunque vt fideles fallat in Angelum lucis mutari ſolitum, ſuadet, vt viſis, auditiſq, nullam præſtet fidem, & tanquam vana reiiciat. Diſcedit Pelagia mœrens, & incerta quid ageret, domum reuertitur. Nocte ipſa quamuis ſeiunctim habitaret à filio, vtriq, tamen occurrit in ſomniis eiuſdem Apoſtoli ſpecies, paulò tamen acrior quam ſoleret, increpat primò fœminam quòd iuſſa non fecerit, mox iraſcitur in vtrunq;, atq; in hæc verba prorumpit. Non eſt cur de meo nunc corpore dubitetis, ſum ego Matthæus Apoſtolus & Euangeliſta. Seriò vos admoneo vt perquiratis illud quàm feſtinanter quòd ſi iterum neglexeritis exequi quod mandaui, dignas negligentiæ pœnas dabitis. Paueſcit mulier hoc audito ſermone, conſurgit illicò, ad filium citato gradu ſe confert, reperit eum à ſomno excitatum maxima cum animi perturbatione, petit illa cauſam, intelligit eundem cum Athanaſio habitum fuiſſe ſermonem. Qubmobrem nihil amplius differendum rati, feſtinant ſimul ad locum Pelagię deſignatum, ipſa cum ligone, filius cum falce magna egreditur. Viam arripiunt Orientē verſus, ſinguliſq; momentis ad ſiniſtrum latus reſpiciunt, num fortè balneum inter dumeta viderent. Haud ſanè multum perrexerant, ecce ante oculos habēt, cuiuſdam veluti fontis cacumen

cumen, accurrunt læti, & propius facti conſpiciunt balneum illud fuiſſe, non fontem, tum ad dexteram conuerſi magnam vrticarum, & vepriũ quantitatem vident qua ingens contegebatur maceriæ cumulus, impigrè ſuccisis omnibus ſtatim Eccleſiæ cuiuſdam deſtructæ veſtigia cognoſcunt, ad cuius extremum non obſcurè altare, quodam ruinis oppreſſum intuentur. Summo tum ſacri corporis inueniendi deſiderio flagrans Athanaſius, tametſi defatigatus, atque defeſſus erat, reſumit vires, ſpinarumque ac ſentium congeriem abſcindens, tandem altare totum omni, ex parte conſpicuum reddit. Marmoream qua tegebatur menſam, non ſine timore, ac peruigili cura dimouent, & vident continuò locum quadratis contextum lateribus in quo ſanctiſsimum Apoſtoli corpus reconditum quieſcebat nulla prorſus ex parte labefactatum. Extrahit illud Athanaſius tremens, & magna cum veneratione: & Deo ſummis redditis laudibus ſindone mundiſsima (quam ſecum pia mater adtulerat) conuolutum propriis humeris geſtat domum, & apud matrem ipſam præclariſsimum theſaurum, aſſeruari iubet: Quandiu diuina quapiam reuelatione moneatur quid de eo ſit deinceps ab ipſis agendum.

Per

& ne modico quidem ſpatio potuit à loco moueri; diceres vel humi defixam, vel aquas circa illam in ſolidam glaciem eſſe conuerſas, deniq; multa incaſſum cedente opera, multo inutiliter impenſo labore, deſiſtitur ab incœpto. Tum mœrentem, ſilentemq; Regem, Cornubiorum Dux prudentia, ac religione inſignis, ſic alloquitur: Noviſti Rex morem impium, ac prauam conſuetudinem, à multis iam annis, in hac tota regione vigere; vt ſtatis quibuſq; temporibus, è ſingulis Britanorum familiis bini, vel ſinguli per vim diſtrahantur homines in exteras quaſq; gentes, pretiumque in publicum redigatur aerarium. Fœdum hunc, atq; impium morem perhorret Apoſtolus, vt ego quidem cenſeo, indignumq; putat apud eã diuertere Gentem, quæ tàm dirum facinus, & admittat, & patiatur; Pietatem proinde tuam decet, non modò prauam hanc conſuetudinem abolere, nè inuiti de cætero liberi homines venundentur; ſed illud hodie decernere, vt pecuniarum tantundem, totidemq; viri ſacro Apoſtoli ſeruitio deinceps addicantur. Probant omnes religioſi Ducis ſententiam, ob eamq; cauſſam arbitrantur conſtitiſſe nauim in aquis immobilem, quòd barbarum planè ritum indignatus Apoſtolus perhorruerit. Quamobrem & rei veritate, & Ducis adhortatione commotus Rex, ſtatim oculis ad nauim cõuerſis in hunc modum Regia authoritate loquitur, atq; decernit. *Poſtquam nullis meis, aut meæ gentis meritis expoſcentib. Regionem hanc inuiſere dignatus es Matthæe Beatiſſime; quò facilius ad æternam gloriam*

capeſ-

capeſſendam inſtrueremur, tuiſq; apud Deum precibus, atque interceſsionibus muniremur. Placet mihi uectigal, quod hactenus ex iniquo comercio, meo conſueuit Aerario pendi, tibi deinceps in perpetuum elargiri; capitaq; uirorum, quæ turpiter uendebantur tuo in poſterum dedicare ſeruitio, ſucceſſoribusq; noſtris hoc abrogandi decretum penitus licentiam interdicimus. Hæc ut ex toto animo do, dico, addico; ita à te ut recipiantur ſummis precibus ego, populuſq; tuus iſte rogamus; Non dum hæc flexis genibus per orauerat, cum nauis, quæ tantis anteà ponderib. pelago videbatur affixa, ſponte ſua ad littus vſq; peruenit. Mirantur proinde Rex, ac proceres omnes, totaq; turba ſtupeſcit; miraculorum ſeriem, quæ in Oceani littore patrata ſunt, memoria recolentes. Intereà nobiliores ſanctiſsimum corpus educunt; quod Rex ipſe ſtatim, atq; Primates Regni propriis elatum humeris, in Regiam Vrbem (cui nomen Legio tùm erat) pſalmos, himnoſq; modulantes deferunt; illudque in Eccleſia, quę Diuo Paulo fuerat olim erecta, deponunt; aptiſsimo ſanè loco tumulum ſplendidiſsimum conſtruentes, & quoniã vetuſtate collapſum ferè ſacellũ ruinam vndiq; minabatur; confeſtim Regio Conſilio decernitur vt ibidem nouum, atq; magnificentiſsimum extruatur templũ; quod deinceps Matthæo Euangeliſtę, atq; Apoſtolo ſit religioſè dicandum. Quod & maxima cum feſtinatione paucis menſib. eſt peractum; ibidemq; ſummo, ac præcelſo loco ſanctiſsimum corpus magnificẽtiſsimè collocatum fuit. Vbi, & diu permanſit, & multis Regnum illud miraculis

illuſtrauit; quandiu enim Britannica gens, non malè de Sancto Apoſtolo merita fuit, quandiu inquam Ciuitas ipſa (prout debuit) eſt ſacras illas Reliquias venerata; tandiu frequentibus fuit famoſa miraculis; & exterarum quoq; gentium concurſu claruit. Admirabilia porrò multa quæ iis temporibus in tota regione ex Beatiſsimi Apoſtoli præſentia contigerunt; tam & ſi ad pietatem ac Christi fidem valerent plurimum ſi narrarentur; quia tamen noſtrum eſt conſilium, ſanctiſsimi corporis trãſlationem breuiſsimo quodam comentariolo complecti: Miraculorum hiſtoriam, conſultò reticere decreuimus, & piis hominibus contemplanda relinquimus.

ARGVM.

BRITANNIA OB REGEM OCCISVM direpta ſanctiſsimum corpus ad oras Lucaritæ, diuino conſilio transfertur.

Cap. VI.

QVOD erga Deum ingratis, ac religionem, fidem, pietatemq; ſpernentib. vſu venire ſolet, vt priuati beneficiis, atq; muneribus; ſcelerum, atq; ingratitudinis pœnas luant: Hoc ipſum Britannis haud multò poſt contigit, quia donorũ cœleſtiũ, ac religionis obliti; ſanctiſsimi Apoſtoli corpore indigni effecti ſunt; & nõ modò tanto fue-

ro fuerunt priuati theſauro; ſed flagitiorum inſuper omnium pœnas, per quam cumulatè dederunt. Rem verò totã ex manuſcriptis Eccleſiæ noſtræ Chronicis ſic exponimus. Quinquageſimus agebatur annus à translato in Britanniam beatiſsimo corpore; regnabatq; ad huc Salomõ religioſiſsimus, ac prudentiſs. Princeps; cũ Britanni optimas pertæſi leges, atq; iuſtitiam, & temperantiam Regis peroſi; illum die quadam ad Eccleſiam ex more venientem, in atrio ipſo hoſtiliter adorti, fœdiſsimè trucidarunt. Id cum Romam perlatum eſſet ad Flauium virum Patritium, cuius filia Salomoni nupſerat; ægreferens ipſe tantũ facinus, impetrat cõfeſtim à Valẽtiniano Auguſto, in cuius ſocietatẽ, atq; amicitiã Rex Britanniæ iampridẽ receptus fuerat, vt traſmiſſa claſſe in Britanniam populos illos pro admiſsi ſceleris infamia puniret: Cæſar .n. & facinoris turpitudine permotus, & Flauii precibus impulſus, decernit illicò vt ex Apuliæ, Calabriæ, Lucaniæ, cæteriſq; maritimis Italiæ Ciuitatibus claſſe ꝑualida cõparata; certi Duces in Britanniã maxima cũ celeritate traiiciant; dignaſq; pęnas tãtæ ſceleritatis exigãt. Delecti Duces, vt Principis volũtati obſequãtur, & ſuaptè natura appetentiores gloriæ, nulla interiecta mora cõſcribunt milites, expeditionẽ in Britanniã edicunt, paucis diebus parata ſunt omnia, ad Oſtiã in orẽ Tyberis vrbẽ cõcurrũt vndiq; ſcripti milites, inde maritimũ iter Deo benè iuuãte ingrediũtur, tantus omnib. ardor erat in Britanniã traiiciendi, tãta prædandi cupido, vt nõ ad bellũ remotiſsimũ ac perdifficile,

ſed ad

ſed ad certa victoriæ premia duci videretur exercitus. Quarè confecto feliciter itinere, ſpeq; omni ac ſermone celerius enauigato Ocæano, Britanniam ingreſsi ſunt. Indigenæ repentino exercitus aduentu perculſi, tantiſq; Itallorum copiis perterriti, legatos ad Duces de pace, ac ſe ipſos expurgatum mittunt; at illi communicato conſilio dimittunt eos re infecta domum. Et quę bello vſui forent magna ſolertia comparant; proxima die milites loco ſtare neſcientes prima quæq; loca diripiunt, hoſtilem enim terram ingreſsi diſcurrunt, vtrinq; villas occupant, pagos incendunt, ciuitates ingrediuntur, haud talia timentes hoſtes, ſi qui fiunt obuiam, capiunt, trucidant, in fugam conuertunt, omnia depopulantur. Si qua verò manus hominum, in tãta rerum inopia tumultuariè opponebatur, vt primos videlicet noſtrorum impetus exciperent, feroces quidem, audaceſq; initiò pugnæ erant, ſed vt in diſcrimen veniebant vilis potiſsimum barbaries illa periclitabatur, & fugam arripiebat. Hunc in modum totam ferè prouinciam victores excurrunt, & aut ſine pugna rerum potiuntur, aut ſi quando venitur ad manus nonnullis editis præliis victoria tãdem penès noſtros ſtabat, fuſis, fugatiſq; Britannis. In primis autem illa noſtris cura fuit, vt põtibus occuparent paludes, quò poſſent in tuto ſtare milites, atq; in ſolido præliari, ſiquidem Britanniæ, pleraquę loca frequentibus Ocæani alluuionibus paludeſcunt; per quas Barbari ipſi ad ilia vſq; demerſi quaſi natantes excurſant. Sic vbi totam ferè planitiem Itali ſeruatis ordini-

bus

bus tranſmiſerunt;ad Legionenſem Vrbem peruētum eſt vbi Regis erat facta neceſ. Ea tùm per ſe populo abundabat, quòd erat veluti quoddam Inſulę totius emporium; tum verò magis eo tempore aucta confluentibus illuc ex agris,oppidulis, viciſq; circà relictis vndequaq; Britannis; fidebāt quippè omnes Vrbis magnitudini. Cæterùm, diuina id vltione permittente, ſua fuerūt omnes opinione decepti. Siquidem noſtri Vrbem ipſam ſtatim inuadūt, ne vno quidem die ad requieſcendum indulto. Igitur Machinamentis omnifariam admotis, nulloq; oppugnationis genere prætermiſſo, circundatis veluti indagine quadam muris, magna vi, atq; alacritate pugnam capeſſente milite, reſiſtentibus quamuis audaciſsimè ciuibus;paucis horis bellum conficitur,& ciuitas ipſa per vim occupatur. Immiſſus in eā exercitus, diripit celeriter vniuerſam diruit ædificia, obuium quenq; interficit, & vaſtatam deniq; atq; deſertam relinquit. Ducebantur captiui quamplures partim vt indicarent ſiquid pretioſum abſconditum, vel extra manus ſepoſitum fuiſſe ſcirent;partim magna eos pecunia redemptum iri ſperantib. Italis. Inter eos erat fortè fortuna Presbyter vnus (Amelio illi nomē erat) qui cum eſſet ſplendidè ſatis indutus,manibus à tergo vinctis per vim trahebatur quaſi magnum quoddam ex illius captiuitate premium ſperaretur, is ratus ſibi vel moriēdum, vel extrema omnia ſubeunda, eiulatus miſerabiles emittebat; illi contrà per ludibrium, & contumelias petulanter diuexabant, anguſtiis autem paſsim creſcenti-

bus

bus bonus ille vir ad ſupplicationes cœleſtiũ ſe conuertit, & Matthæum Apoſtolum elata voce frequenter inuocat, & ipſius magna cum anxietate auxilium implorat. Eia (inquit) Apoſtole beatiſsime, adfer mihi opem precor, tuus ſum ego miniſter aſsiduus, noſti quanto cum dedecore tua ſit hæc Ciuitas expugnata, vides quantis ego miſeriis afficiar, non me latet poſſe te, dum velis omnia ſedare, meq; ab hoſtium manibus eripere, hæc cum ſummis initiò vocibus ſemel, atq; iterum exclamaſſet: veritus deinceps nequid de illo ſic deprecante ſuſpicarentur hoſtes: quippè quos viderat ſacra miſcuiſſe profanis; cœpit ſecũ ipſe dictitare preces eaſdem, & humiliori voce ſæpius Diui Matthæi Apoſtoli, & Euangeliſtæ nomen lacrimabundus repetere. Id cum animaduertiſſet Gauinius Brutianæ Claſsis Pręfectus, accuratius verba illius omnia perpẽdit: & nouum quiddam ex illius precatione præſagiens, attentiſsimas præbet aures, & propius ad captiuum accedit, cumq; illum ex corde intimo ad vnum Beatum Matthæum preces conuertentem, eiuſq; miracula multa ibidem edita commemorantem, perſpiceret: ad eum conuerſus. Quid eſt hoc (ait) quod vnum Matthæum inuocas; & tam anxiè eius ſolius opem ex poſcis, non ne Deũ ipſum innummerabiles alii ſancti pro te orare poſſunt, quos & Chriſtiani omnes vulgatis cõſueuerũt litaniis deprecari: Tum Aemelius veritus iterũ nequid ſibi deterius contingat ſi rem, vt erat exponeret, quaſi de ſua religione malè iam milites ſentire cœperint, diſsimulare primùm

haud

haud mediocriter titubans: mox eiuſmodi ſuam deprecationem parum veroſimiliter interpretari, deniq; multa per fallaciam comminiſci, ne cauſam ſuæ erga Beatiſsimum Apoſtolum fidei proferret in medium. Quo circà non tam ex verbis ad aliquid occultandum compoſitis, quàm ex ingenti eius trepidatione maiorem Gauinius ſuſpicionem contraxit. Natura ſiquidem ita comparatum eſt vt ſuſpecta magis ſint quæ diſsimulātur ſilentio, ideoq; tunc magis vrgendum ratus, partim incutit timorem cõiiciis; partim alliicit premiis ad dicendum; daturum ſe illi, ſuiſq; omnibus, ſi qui captiui eſſent, omni modo libertatem ſiquæ de Apoſtolo Matthæo nouit, exponeret. tunc ille, ſuæ, ſuorumq; libertatis percupidus, maturius quoq; conſiderares, nihil ſibi timendum eſſe ſi omnia diuulgauerit. Exponit cõfeſtim quæ à quinquageſimo iam anno, contigerant, circà glorioſiſsimi Matthæi tranſlationem, atq; miracula. Locum prærerea vbi reconditum ſacrum eius corpus erat, lubens oſtendit; accurrit præfectus cum ſuis haud ſanè minus exultans ob tantũ theſaurum compertum, quàm ob conceſſam diuinitus ſibi victoriam. Perueniunt maxima cum feſtinatione ad ſepulchri locum, vrnam operiunt, Reliquias omnis planè tabis expertes vident; flexis humiliter genibus lætabundi venerantur: tunc deindè abſq; vlla mora educunt; & Amelio, ſuiſq; omnibus libertate donatis; quò poſſunt honorificentius perducunt ad naues: Interea feliciter confecto prælio, deletaq; ferè Britannia; exercitus ipſe multiplici

præda locupletatus, colligitur. Naues conſcendit, feliciſſimo vento ſoluit à littore; eodemq; felicius comitante, Cæſarea Claſsis Italorum, paucis diebus, pauciſsimis noſtrorum deſideratis, ad patrios fines reuertitur. Dum verò hæc nauigatio perageretur, non ceſſauit Apoſtolus à miraculis, præterquam enim quod ipſa fuit maximo cũ miraculo breuiſsimo temporis ſpatio confecta; ſunt etiã edita pleraq; in nauibus ipſis, quæ vt reticeamus facit ipſa breuitas, quam ſtudioſè ſectamur. Cæterum vnum illud nolumus ſilentio præterire, quod cum naues omnes ad Thiberina Oſtia perueniſſent: Cæſaris præfectus, inuidia magna percitus, quod Brutii tàm inſigni, ac præclaro theſauro potirentur, agitat mente dolum, quo illis cœleſtem auferat prędam. Statuit enim militaria iura turpiter violare, Brutianaq; nauigia hoſtiliter inuadere, vt in ſuam poteſtatem venerandas illas reliquias reciperet, eo igitur inſtruente claſſem ſuam, maximoq; apparatu, ceu præliaturus diſponente; nauis illa quę ſacrum Apoſtoli corpus aſſeruabat, in ſumma tranquillitate maris, de improuiſo à portu euellitur, diuinoq; ductu in vaſtiſsimum elata pelagus, per ingentes procellas, ictu ferè oculi ad oras Lucaniæ perducitur, & ſic iniquum Cęſarei præfecti conſilium eluſit.

Apud

ARGVM.

APVD LVCANOS, CVM DIV DELITUIſſet, tandem fuit diuina reuelatione compertum.

Cap. VII.

QVemadmodum conſtat ſacrum Apoſtoli corpus ad Lucanos eſſe tranſlatum ex Britannia: ita quo loco, quaue in Eccleſia fuerit reconditum; quidue de illo traditum ſit literarum monumentis, prorſus ambigitur, quamobrem ad ſexcentos circiter annos videtur delituiſſe, adeò, vt ne mentio quidem vlla fieri de ipſo valeat. Neceſſaria tamen nos coniectura ducit vt credamus fuiſſe illud, & ſummo cum honore receptũ à populis illis, quorũ milites ex Britannia tranſtulerant, & honorificentiſsimè in Eccleſia quapiam regionis maritimæ collocatum, ibiq; maxima in veneratione habitum, donec gentes illæ frequentiſsimis Barbarorum incurſionib. diſsipatæ, locaq; omnia deuaſtata ſunt, imò verò credendum eſt ingẽtia quoq; ac permulta miracula iis edita fuiſſe temporibus, quorum omniũ excidiſſe memoriã haud ſanè mirum videri debet, cum ciuitates, & ædificia ceciderint, quib. potiſsimũ geſtarũ rerũ monumẽta conſiſtũt, & cõſeruãtur. Neq; id videtur abſq; diuino cõſilio pmiſſũ vt.ſ. poſt multa ſęcula, beatiſsimi Apoſtoli gloria quaſi renaſceretur, quę iterum ſit omnib deniq; ſęculis duratura.

Regnante igitur Giſulfo Salernitanæ Ciuitatis Principe; circà milleſimum, & Quinquageſimum annum à Chriſto nato; qui à Britannica tranſlatione erat circiter ſexcenteſimus, cum Lucaniæ, atq; adeò Italiæ totius eſſet ingens facta mutatio, & non modo innouatæ gentes, ſed locorũ quoq; facies immutata fuiſſet: contigit vt ſacri corporis inueniendi diuinitus quædã occaſio naſceretur; cuius memoria erat penitus temporis diuturnitate, rerumq; omnium mutatione perempta. Erat in Lucaniæ partib. anus quædam ſanctimonialis, cui nomen Pelagię fœmina quidem pietate, ac religione inſignis, quæ filium habuit iuſtæ ætatis virum, qui & ipſe Deo dicatus erat, Monachus quippè fuit nomine Athanaſius. Illis ſeorſim habitantib. contigit nocte vna vt dormientem Pelagiam vir quidam valdè ſenex, ſplendidè amictus, ſummaq; reuerentia dignus, ſic in ſomnis alloqueretur: Excute ſomnum Pelagia accerſe filium Athanaſium, eſt quod magnum quiddam agatis, ſumma cum veſtra felicitate, iube vt tecum ſummo mane proficiſcatur; pergite ad orientem, proximum ab hinc locum inuenietis, in quo balneum maximæ vetuſtatis apparet; & quamuis iniuria temporis hodie ſublateat, adeò vt à pertranſeuntibus non facilè conſpiciatur: perquirite tamen vos ad ſiniſtrum latus & ſumma quædã eius veſtigia videbitis. Tunc propius accedite, & ad dextram eius, dirutam quandam ædificiorum molem conſpicietis; immenſa materie contectam; fuit ibi quondã priuata domus, quam religioſi tum homines ſpecioſiſſimam

mam dedicatum, & concinnarunt Eccleſiam. Hæc à Barbaris fuit mox euerſa funditus, ac deſtructa; latet ibidem ſub ruinis altare, vepribus dumiſq; contectum; à quo ſi marmorea menſa dimoueatur, Sacroſanctum Matthæi Apoſtoli, & Euangeliſtæ corpus videbitis, ibi à fidelibus piiſq; Chriſtianis ante multa ſecula honorificētiſsime cōditum. Quod ſanè ex Æthiopia primū in Britanniam trāſlatum, inde ad has horas perductum; nunc vobis diuina iubente prouidentia, feliciter innoteſcet; vt in omnium antiquiſsima, nobiliſsimaq; Metropoli Salernitanæ Eccleſiæ, collocetur, ad perenne totius prouincię veſtræ patrocinium; eiuſq; ciuitatis gloriam atq; felicitatem. Hęc omnia tibi nunc ego denuncio; quòd tuam erga Deum pietatem cognoui iampridem, ac perſpectam habui. Perge igitur, Athanaſio renuncies hęc, quę narraui; ſatagite ſimul exequi quod mandatū eſt. Ego ſiquidem ipſe ſum Matthæus ille Apoſtolus Chriſti, qui ad Dei omnipotentis honorem, & Salernitanæ gentis ſalutem, meas illas Reliquias iterum in lucem prodire deſidero. His dictis, cum ipſa voce ſancti viri ſimulacrum receſsit & eſt confeſtim à ſomno excitata Pelagia. Quæ vt ſummę pietatis erat mulier, indignam ſe ſanctorum viſione reputans, rē hanc filio narrare erubuit, verita ne iactantiæ, & vanæ gloriæ notam incurreret, ſi ſancti cuiuſpiam ſecum habitum colloquium referret. Diſtulit ergo ea die filium alloqui; porrò ſequenti nocte, idem ille ſenex, iiſdem ſermonib. eam compellat itidem dormientem. Summo tum mane con-

cumen, accurrunt læti, & propius facti conſpiciunt balneum illud fuiſſe, non fontem, tum ad dexteram conuerſi magnam vrticarum, & veprium quantitatem vident qua ingens contegebatur maceriæ cumulus, impigrè ſuccisis omnibus ſtatim Eccleſiæ cuiuſdam deſtructæ veſtigia cognoſcunt, ad cuius extremum non obſcurè altare, quodam ruinis oppreſſum intuentur. Summo tum ſacri corporis inueniendi deſiderio flagrans Athanaſius, tametſi defatigatus, atque defeſſus erat, reſumit vires, ſpinarumque ac ſentium congeriem abſcindens, tandem altare totum omni, ex parte conſpicuum reddit. Marmoream qua tegebatur menſam, non ſine timore, ac peruigili cura dimouent, & vident continuò locum quadratis contextum lateribus in quo ſanctiſsimum Apoſtoli corpus reconditum quieſcebat nulla prorſus ex parte labefactatum. Extrahit illud Athanaſius tremens, & magna cum veneratione: & Deo ſummis redditis laudibus ſindone mundiſsima (quam ſecum pia mater adtulerat) conuolutum propriis humeris geſtat domum, & apud matrem ipſam præclariſsimum theſaurum, aſſeruari iubet: Quandiu diuina quapiam reuelatione moneatur quid de eo ſit deinceps ab ipſis agendum.

ARGVM.

PER IOANNEM PRAESTANVM Epiſcopum, multis anteà miraculis editis, ad Caputaquenſem Eccleſiam transfertur.

Cap. VIII.

DVM ſacras Reliquias occultas habet ſtolidus Athanaſius, quas ex materna ſimul, ac diuina iuſsione, atq; ad Salernitanam Eccleſiam addu cere debuiſſet, & ambitioſus expectat Apoſtoli viſionem; malorum omnium ſator, & veterator, callidus dæmon, qui bona cuncta vel præpedit quantum in ipſo eſt, vel ſtu dioſè ſubuertit, Athanaſium ipſum in bono hæſitantem, inuadit: & pro pietate auaritiam in ipſius mente diſſeminat, tùm ſecum ille ratiocinari cœpit, quid præſtabilius videatur in beatiſsimi corporis euulgatione facienda, & ratus maximum ſe ex hac re lucrum captare poſſe, ſi ad celebrem quendam locum, aut regiam quamq; Chriſtia norum Ciuitatem deferat, ac pretio vendat: confeſtim deliberat Bizantium transferre, atq; inconſulta Pelagia ſchapham conducit, & Amalphiam contendere parat, quę Ciuitas ad radices montis cuiuſdam ſita, Tirrhenum pelagus tangit poſt Mineruæ promontorium ad orientē; inde ſperat commodius Bizantium traiicere. Pretioſiſsimam ſarcinam arca viliſsima occluſam infert, ſoluitq;

nemine ſalutato, cùm primum pro tempore licuit. Conquieſcente igitur mari maxima cùm cœli ſerenitate, ventorumque tranquillitate iter ingrediens, cęterum vix à continenti receſſerat, & ecce atrox quædam tempeſtas oboritur, qua tenebricoſum adeò cœlum redditur, vt & littoris, & maris ipſius aſpiciendi facultas adimeretur. Quaſſabatur præterea vento, fluctibuſque nauigium ità vehementer, vt & in manifeſto mortis periculo verſarentur omnes, & littoris repetendi conſilium fruſtrà ſuſciperetur. Peruicit tamen pertinacia remigantium, qui conatum omnem adhibentes ad littus demum applicuere, tametſi in ipſo aditu, bis adeò vehementer in arenam incurrunt, vt planè iam carina dehiſceret. Monacho non fuit hoc pro miraculo, ſed maris inſtabilitatem incuſans & adhuc optatum lucrum reſpiciens, mutat conſilium, pro Bizantio, enim Romam eligit, ceu Chriſtianæ religionis emporium in quo glorioſum corpus facilè ſe pecunia commutaturum ſperat. Paucis ergo diebus elapſis, certo pretio paciſcitur maioris formæ nauigium Romam vſque, aſſumptiſque ad remigandum valentiſsimis nautis iterum dat vela ventis, qui ad conſtitutum iter conficiendum, erant planè ſecundi. Verùm enimuerò improuiſa quædam excitatur procella, quæ fecit vt ſtatim in tranuerſum oneraria flecteretur, & leuitate ſaburræ, ad pondere tabulatorum in alterum ferè latus recumberet. Et quamuis tantæ iacturæ periculum tantiſper ceſſauerit, fluctus

tamen vndiq; inſurgentes, omnem ſalutis ſpem nauigantibus adimebant. Multis horis hoc in diſcrimine verſati ſunt, interim Athanaſius ſceleris ſui conſcius, optimè intelligit prouocatam à ſe hactenus Dei iuſtitiam, extremũ aliquid comminari, niſi propoſitum impium deſerat. Proindè primo & ſecundo miraculo perterritus, ad beatiſsimum Apoſtolum orationem conuertit, & tacitus rogat, vt reditum nauigio felicem concedat, ceſſaturum ſe deinceps ab incœpto, & de traſferendis ſacris reliquiis, nihil amplius cogitaturum. Tum (licet conſternatus, & ſeminiuus) cum oneraria ipſa incolumis ad littus reuertitur, eductumq; corpus Apoſtoli, in parua quadam, humiliq; Eccleſia collocat, in angulo quodam nulli peruio; magis adhuc deliberaturus circà illius euulgationem; & quia nõ vult theſaurum ſuum vllo pacto relinquere, cohærentem ſacello domum conducit; quam ſolus deinceps inhabitabat. Intereà rumor incerto quamuis authore peruaſit ad Ioannem Pæſtanæ ſedis Epiſcopum, compertum eſſe in Lucaniæ partibus Apoſtoli beatiſsimum corpus à monacho quodã Athanaſio, ab eodemq; clanculum adſeruari. Deliberat confeſtim Præſul ille ſagaciſsimus illum adire monachũ; vt glorioſiſsimum corpus ab ipſo, vel inuito recipiat, & ea qua decet grauitate, ac ſanctitate diuulget. Inquirit primùm (quaſi aliud agens) quis ille ſit Athanaſius, quouè loco degat, omnibuſq; præcognitis, aſcitiſq; præsbyteris nonnullis è grege ſuo, itinere terreſtri proficiſcitur. Et quamuis inuſitata planè diuerſorum ventorum

coniuratione, ad ciendam atrociſsimam tempeſtatem, multi paueſcerent, fulguribus item & coruſcationibus cœlum omne turbaretur, minutaq; pluuia, omnes arceret ab initere faciundo. Religione tamen atq; pietate vincente metum cuncta tempeſtatis incomoda fortiter pertulit ac feliciter ſuperauit, nec à vero alienum credidit, ideò Deum illas excitari voluiſſe procellas, ne quidquam ſuſpicari poſſet Athanaſius, ſi fortè aduentum Epiſcopi timuiſſet, ſicq; fraudis faciendæ cōſiliū aliquod iniret. Peruenit ergo ad Eccleſiam Præſul, vbi ſacræ reliquiæ occultabantur & monachū, nihil tale timentem, ad ſe venire iubet, acceſsit ille, ſed vt primum in omnium conſpectu fuit, ingenti metu perturbatus. atq; perculſus, ſuſpicari cœpit diuulgatam rem omnem, ſuumq; præpeditum iri conſiliū. Tùm Ioannes blando primùm ſermone ipſum compellat, ſciſcitatur quo pacto rem tam præclaram inuenerit, petit vt ſibi corporis videndi copiam faciat, nihil deniq; non humaniſsimè loquitur. Athanaſius ingenti dolore correptus, quod rem nulla poſſet diſſiteri cauillatione, cōſiliū inops, fatetur inuentum à ſe beatiſsimum corpus, & certo quodā ad ſeruari loco, quem adeundi facultas tunc nulla dabatur, petere ſe breues ſaltem inducias, vt neceſſaria quædam præparentur, facturum paulò poſt vt corpus ipſum omnibus conſpiciendum exhibeatur. Agnouit Epiſcopus fatuam monachi calliditatē, ac primū aperti eum mendacii, grauiter conuincit, mox inſtat vt rem omnem aperiat, adiiciens ſe in eum vſque ad flammas ani-

maduerſurum, niſi rem ſacram in aperto confeſtim ponat. Comminatione igitur perterritus Athanaſius, ac rei veritate commotus, ad Eccleſiam accedit ſequente ipſum Epiſcopo, ingreſſus indicat locum (licet inuitus) vbi corpus ipſum condiderat. Tum Præſul arcam aperit, & illud ſuauiſsime olens intuitus, ingenti lætitia ſimul, ac pietate chriſtiana circumfuſus, angelicum Hymnum exultans deuotiſsime concinit, Gloria in excelſis Deo; quod cum Clerici exaudiunt qui cum illo venerant ſtatim accurrunt, cumulatiſque vocibus iiſdem verbis exultant; & ſacratiſsimum corpus ex animo venerantur. Deoque Optim. Maxim. genibus flexis, pro recepto beneficio gratias ingentes agunt. Mox Epiſcopus corpus Apoſtoli ſerica ſtragula conuoluit, anulo item Epiſcopali conſignat, deinde in arca minime ignobili recondit, quam & ſigillo proprio muniuit, nequa per Athanaſium, aut alium quempiam fraus committeretur. Porrò autem quia feſsi erant, & adhuc ieiuni omnes quotquot aduenerant, petit à monacho præſul, vt cibos, & exculenta curet adferri, quibus ipſe, ſuique omnes tantiſper reficiantur, ille verò vt erat in ſummis rei familiaris anguſtiis, hilariter quidem adtulit in cibum cocleas non vllas, nuces cum paſsis vuis, virides cæpas aliquot, & allium ſylueſtre, tortoſque panes ad ſaturitatem. Vini autem ne minimum quidam adtulit, quod multis diebus illo caruerit, & penuriæ argumentum exhibuit, amphoram quandam in angulo domus iacen-

tem,

tem, quæ iàm pridem arida fuerat. Cibos æquanimiter ſumpſerunt & vino deſtituti aquam bibere conſtituerāt, Cum Epiſcopus ad dapiferum conuerſus, adfer (inquit) ad me amphoram; videamus an forte precibus glorioſiſſimi Apoſtoli, nobis omnibus vinum ſcaturiat ad bibendum, ſcire ſe, ait, Heliæ precibus ex arido vaſe oleum viduæ mulieri quandoque copioſiſsimum effluxiſſe, & aquas multas è nuda ſilice prorupiſſe, vt ſitienti populo per Moſen, in deſerto ſuccurreretur. Immenſam eſſe in hiſce caſibus Dei bonitatem, atque pietatem. Hæc eo loquente grauiorem amphoram in ſuis fieri manibus animaduertit pincerna; oculiſque ad eam conuerſis, videt vino madidam, atque fœcundam, merumque magna cum vbertate præbentem; potauere poſt præſulem omnes ad vnum quantum cuique ſatis fuit, neque defecit vnquam in vaſe: tametſi perangustum erat. Miraculi nouitate commoti lætantur omnes, & circumcurſant, elatiſque vocibus, Canticum trium Puerorum memoriter recitant, & præpotenti Deo gratias agunt. Omnium verò vehementiſsimè commotus eſt Athanaſius, qui ſtatim manibus ad cœlum extenſis, & genuflexus indicat Epiſcopo quod hactenus reticuerat. Matri nempè ſuæ in ſomnis ſanctiſsimum Apoſtolum ſe præbuiſſe viſendum, ſemel, atque iterum, & denique ſibi quoque, ac reuelaſſe ambobus non ſolùm modò ſepulchri locum ruinarum congerie oppreſſum, ſed dixiſſe etiam velle ſe prò Salernitanæ Vrbis eiuſque ciuium ſalute, in

lucem

lucem prodire, & Lucaniæ totius fieri patronum, iis dictis diligentiſsime obſeruatis, quia nox propè iam aduenerat ac defatigati omnes ſummopere quietem optabant, locũ quiſq; ſuum adit intra Eccleſiæ parietes: vt ſomnum capiat, & quo poſsit commodius requieſcat. Vnus Athanaſius, qui ex glorioſi Apoſtoli miraculis non ſanctitatem adeptus eſt, ſed lucri cupiditatem auxit, vigilandum exiſtimat, vt ſacras reliquias ſuffuretur, ideoq; domum redire ſimulans, petita ab Epiſcopo venia recedit. Clauduntur delubri fores per quàm diligẽtiſsimè. Decubuere omnes & quia feſsi erant, ſtatim ſomno correpti ſunt. Athanaſius verò minime dormiendum ratus, inexplebilem auri cupiditatem, atq; hydropiſim ſatiare cupiens, ſcandit in ipſa prima vigilia feneſtram, quæ communem in domũ ipſius, atq; in Eccleſiã proſpectũ habebãt, expectaturus ibi opportunitatem, qua grauiter dormientibus omnibus inde ſacrum corpus ſurriperet, atque in alium locum confeſtim transferret. Sed fecit Dei prouidentia, vt quemadmodũ improbi conatus eius alias fruſtra ceſſerant, ità & præſens nefarium conſiliũ effectũ careret. Etenim antequam è feneſtra in Eccleſiam deſcenderet Arca in qua ſanctiſsimũ corpus erat per Epiſcopum anteà depoſitum, & obſignatum, tanto vndiq; rumore concrepuit, vt omnes à ſomno confeſtim excitarentur, mox deinde iterum eodem ſtrepitu expergefacti, concurrunt omnes ad arcam, accenſiſq; luminibus totam perluſtrant Eccleſiam, ſigna omnia integra comperiunt, & tanti ſtrepitus cauſam non intelli-

gunt,

gunt, cum igitur rei nouitatem mirarentur, vnus eorum erecto fortè fortuna in altum capite, circumſpiciés ne nō fortè crepitum illum altiora tigna dediſſent, Athanaſium in feneſtræ angulo latitantem videt, & omnium oculos illuc manu, & vocibus prouocat, illumq; omnibus conſpiciendum indicat, comprehenſum illico, è feneſtra ſummis opprobriis deponunt, ad Epiſcopum perducunt, in cuius præſentia conſtitutus minimè delictum inficiatur, ſed voce, vultuq; deſiſſo; Peccaui (inquit) ignoſce precor humaniſsime pater, ſi peccauero rurſus, me ad quodcunq; voles ſupplicium depoſcito. Et ſicuti peccanti mihi iure ſuccenſere debes, ita agnoſcenti peccatum, & petenti veniam, debes benignus ignoſcere. Tum Præſul. Quis tuam hanc fraudem (homo nequam) poſſet æquo animo tolerare? Quid tibi poſt hac ſceleratum videri poterit, cum te non legum metus, non numinis vllius reuerentia cohibeat à flagitiis? nunquid Dei volūtate præſumis obſiſtere? an ignoras me certiorem factum quod pluries tentaſti per fraudem ſacrum corpus pecunia diſtrahendum ad extranea loca transferre, quod impium hoc tuum cōſilium (vt par erat) euanuit? At commiſereri me tui oportet ob lacrimas, ac dolorem quem prætefers. Illud tantū monebo, ne deinceps diabolicis hiſce machinationibus capiaris, alioqui ſcelerum tuorum omnium ſeueriſsima tandem animaduerſione, pœnas lues. Hoc modo paternè correptus Athanaſius, ſummis precibus, atq; lacrimis particulam quandam corporis glorioſi, dentem, ſcilicet

vnum:

vnum ab ipſo impetrauit Epiſcopo, vt hoc ſibi haberet lo co theſauri totius quem impiè concupierat. His ità apud Athanaſii ſacellum peractis. Diſceſſurus iam Epiſcopus, clerum omnem ſuum quo cum aduenerat, iubet de more procedere, ipſeq; ſumma cum veneratione ac pietate, reliquias venerandas ſerico (vt diximus) conuolutas, pro magna itineris parte, propriis humeris geſtare voluit, tandem pódere feſſus eximio, geſtandum præbuit illud, preſbytero cuidam ex ſuis, cui nómen Petro, qui cæteros tum religione, tum pietate antecellere videbatur. Perueniunt ad fluuium quendam, cui Mallæ tunc nomen erat quem Pontifex, cæteriq; omnes ſeriatim traiiciunt facili ſanè negotiò. Petrus tamen vnus, qui ſacro onere premebatur, in pertranſeundo ſummergitur, quamuis nulla vi fluminis aut temporis aduerſitate deiectus. Accurrũt omnes illicò, clamoribus, & opere præſtò ſunt, extrahunt primo ſacrũ corpus, quod non modo nulla ex parte eſt labefactatum, ſed (oh quàm mirabilis eſt Deus in ſanctis ſuis) ne madidum quidem ſericum ipſum quo tegebatur inueniunt tamet ſi medias aquas ad alueum vſq; ſecuerit. Petrus verò poſtquam ſemel atq; iterum imas, & ſummas aquas ebibit inuitus, à clericorum turba, demum ſemiuiuus ad alteram ripam educitur, vbi autem redditis per vomitum aquis, ad ſe ipſum rediit, palàm agnoſcens infidelitatis peccatum, coràm Epiſcopo, cæteriſq; omnibus confeſſus eſt, non aliam ob cauſam extremum illud iniuiſſe periculum, quàm quod ſecum anceps initio itineris, diabo

lica mox ſugeſtione tentatus, in eam venerit animi ſententiam, vt non ſancti Apoſtoli corpus illud exiſteret, ſed alterius cuiuſq; defuncti, petit proindè veniam precibus, atque lacrimis ingentibus, & eam à Præſule confeſtim impetrat, ex quo ſimul omnes ſunt maximoperè confirmati, & maiori cum veneratione cœptum iter conficiunt. Dum verò iam adueſperaſceret, & ad Eccleſiam quandã in medio ferè itinere perueniſſent, quæ Apoſtolorũ Principi dicata erat, conſtituunt inibi pernoctare: & Apoſtoli corpore in loco ſubliniori repoſito, ſummis laudibus, ac maxima religione horas matutinas de more continunt; & in pluřes diuiſi claſſes, alternatim beatiſsimo corpori vigilias perſoluunt: Quamuis autem proxima Petri calamitas omnes ferè confirmaſſet in fide; Dæmonis tamen pernicioſa calliditas, zizaniam quandam inter ipſos fouebat non mediocriter. Diaconus enim quidam ex iis qui cum Epiſcopo venerant, ſibi temerè perſuaſerat; corpus illud beati Matthæi haud eſſe credendum, & verè nihil ab alio quopiam cadauere differre, idq; quamuis tacitè, obduratè tamen, ac ſumma pertinacia credebat. Nocte igitur irruente, cum ipſe iam feſſus arctiſsimo ſomno comprehenſus eſſet, ecce vir quidam ſenex ac maxima reuerentia dignus, ſe ſe illi viſendum præbet, & aſelli ſcapulã offerens. ſic illum alloquitur. Surge Rogate (hoc enim diacono nomen erat) ſurge inquit & cibum cape, cui rogatus ego verò idunquam fecerim (bone Ieſu) caro enim huiuſmodi maioribus noſtris immunda ſemper viſa eſt,

ac nefas ergo ducis aſininam comedere carnẽ, quod per ſe malum haud eſſet, cur pro nefario non habes, ea quę vere illicita ſunt animo volutare, & teipſum perniciosè ſeducis? Duriſsimum profectò pectus habes, quando te ſigna hęc tam multa, ac tam manifeſta, ne aliqua ſaltẽ ex parte manſue faciũt. Satius igitur feceris, ſi admiſſorum omniũ pœnitentiam egeris, ac ſanctiſsimas reliquias, ea qua debes veneratione colueris. Ipſe tunc excitatus à ſomno ad ſe ipſum reuerſus, errorem ſuum agnoſcit. Veniam à ſanctiſsimo viro precatur, quem iam pro glorioſiſsimo cognouerat Apoſtolo, & Chriſti nomine ex viſceribus inuocato, ſeni quamuis iam diſparuerat, toto corde promittit ſe nunquam aliàs de ſacro ſuo corpore dubitaturum. Ad hæc, tremens aſſurgit, conuocat omnes dormientes iuxta ac vigilantes; narrat rem omnem vt geſta erat, & ad laudes Deo reddendas cæteros prouocat, & diuina quadam lætitia replet: quodq; noctis erat reliquũ diuinis precibus ac pſalmis recitandis abſumũt. Gallicinio mox adueniente ſacrum corpus reſumunt, humeriſq; ſuis Epiſcopus omnium primus eleuat; & ad caſtrum vſq; (cui Caput aquæ nomen erat) incredibili deuotione geſtat ſummo deinde cum honore, caſtrum ingreditur, vniuerſo ſanè populo occurrente, & comitante, tum Eccleſiam Dei genitrici dicatam in qua, & Epiſcopalis cathedra conſtituta erat, ingrediuntur: ibiq; beatiſsimum corpus Epiſcopus honorificentiſsimè collocat, ſingulisque diebus, diui Apoſtoli & Euangeliſtæ ſolemnia feſta, concelebrat.

ARGVM.

EX CAPVT AQVENSI AD Salernitanam Eccleſiam Giſulphi Principis opera perducitur; & ciuitatis, templique Salernitani deſcriptio.

Cap. VIII.

PERVOLAVERAT intereà fama inuenti per miraculum Apoſtolici corporis; & ad Giſulphum Salerni Principem, ex certo nuncio peruenerat; quamobrem ſumma lætitia affectus generoſus heros vt qui acceperat ſancti corporis reuelationem, ob Salernitanorum ſalutem à Deo permiſſam fuiſſe, ſtatim ad Epiſcopū Pęſtanū decreuit religioſos deſtinare viros; qui tam præclarum theſaurum peterent; ac proinde Ioannem cœnobij ſancti Benedicti, in vrbe Salernitanâ Abbatem deligit, aliosq; viros grauiſsimos; mandatq; vt præſulem illum adeant, & humaniter petant venerandas reliquias, ad Salerni ciuitatem, quaſi ad locū ab ipſo Apoſtolo electum deuotiſsimè traducendas. Commendatitias inſuper, ac teſtimoniales (quæ dicuntur) literas dat, quib. idipſum rogat, petitq; vt Abbati ac cæteris legatis tradere ſacrum corpus nō dedignetur, in Salernitana Metropoli honorifice collocandum, ſcire ſe ab eodem Apoſtolo fuiſſe corpus ipſum Athanaſio reuelatū ob eam præcipuè cauſam, vt Salernitanæ ciuitatis fieret defenſor atq;

patronus, veruntamen recepturum ſe hoc beneficium ve luti ſponte ſibi, liberaliterq; collatum. Non erat ea tempe ſtate vnus tantum Regni Neapolitani moderator, & dominus, ſed Principes aliquot Normanni certarum quique prouinciarum, ceu Reges erant, & Picentinorum præcipuè regionem obtinebat Giſulphus, cuius quidem tùm autoritati, tum iuſtis petitionibus obſequendum ratus Peſtãtes. Epiſcopus, vt primum Abbas cæteriq; legati, Principis deſiderium expoſuêre, conceſsit libentiſsime theſaurum expetitum; & alacri animo, magniſq; adhibitis cæremoniis, ſanctiſsimum illud corpus tradidit ad Giſulphum Principem deferendum. Aptantur eadem die omnia, quæ pro tantæ rei dignitate neceſſaria videbantur, & ſequenti primum luce Ioãnnes Abbas, & qui cum illo venerant, ſalutato in primis Epiſcopo, ſacras reliquias, ea qua decebat religione, pietate, ac pompa, ad Salernitanã Vrbem traducunt. Eaq; die ferunt aquas amarat eduluiſſe. Porrò miracula, quæ multa edidit glorioſiſsimus Apoſtolus, cum apud Peſtanum Antiſtitem tũ in itinere ipſo, quo Salernum afferebatur, eò præterire volumus, quod hæc & alia permulta vbiq; gentium edita paulò poſt narraturi ſumus. Erat tum fortè Bernardus quidam nomine, Salernitanæ Ciuitatis antiſtes, vir ſanè religione, pietateq; inſignis, qui pridie quam Ciuitatem ipſam ſacroſanctũ corpus ingrederetur, conuocatis tum præsbyteris, clericiſq; omnibus tum verò maxime comprouincialibus Epiſcopis (qui nunc ſuffraganei dicuntur) Giſulphus quoque

Princeps ciuibus omnibus atq; patritiis inuitatis, ſplendi- "
diſsimo apparatu, ad paſſuum multa millia obuiam bea "
tiſsimo corpori proceſſerunt, & ſertis redimiti, ac ramos "
tenentes manibus canticis, hymniſq; exultãtes, exceperãt "
illud procul ab vrbe, ipſum verò propriis humeris geſtan "
te Epiſcopo, in Cathedralem Eccleſiam (quæ tunc geni- "
trici Dei Mariæ ſtructa erat ſub titulo Sanctæ Mariæ An "
gelorum) ſummis totius populi acclamationibus intule "
runt. Ibiq; illud precioſiſsimis pannis incluſum honorifi- "
centiſsimè maxima cum omnium reuerentia, ac venera "
tione collocarunt. Quamuis autem eo ipſo tempore com "
pertum erat venerabile corpus, vt vetuſtiſsima Eccleſiæ "
noſtræ monumenta teſtantur: haud tamen conſtat ad ſũ "
mos Ponti. rei nouitatem fuiſſe delatam, priuſquam Al "
fanus Eccleſiæ Salernitanæ præeſſet: ipſe enim primus, vel "
quod ſua tempora id expeterent, vel quod ſancti Apoſto "
li miracula percrebreſcerent, de tanti theſauri inuentione "
certiorem fecit Gregorium Septimum ſummum, opti- "
mumq; Pont. à quo & epiſtolam in hęc verba recepit, vt "
ex 8. lib. regiſtrorũ Gregorii ipſius, ad noſtras manus per "
uenit, videlicet. *Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.* "
Fratri & coepiſcopo Salernit. Alfano ſalutem, & Apoſto "
licam benedictionem. Diuinæ pietatis reſpectui gratias ingen "
tes referimus, cuius dignatio theſaurum magnum, totiq; mun "
do profuturum, noſtris temporibus miſericorditer reuelauit, "
non immeritò tuæ quoq; dilectioni gratulamur; quæ tantæ læti "
tiæ cœlitus reuera oſtenſæ, participes nos efficere ſolicitè procura "

» *uit,credimus ſiquidem & incunctanter aſſerimus,de tanti cor-*
» *poris inuentione,non ſolum ipſum beatum Matthæum Apoſt.*
» *verùm etiam cæteros coapoſtolos cum ſanctis omnib. ipſiſq. cæ-*
» *leſtib. ſpiritib. & glorioſa Dei genitrice Maria, mortalib. con-*
» *gaudere, atq; ipſorum omnium ſtudia circa humanũ genus hoc*
» *tempore quam alijs multò perpenſiora multumq; eſſe exuberan*
» *tiora. Si enim cæteris temporib. ſanctorum nos patrocinia pia nõ*
» *deſerunt,certiſsimè tunc potiſsimum ſperanda ſunt eorum auxi*
» *lia,cum ſanctiſsima ipſorum corpora,nobis quaſi rediuiua diui*
» *no nutu manifeſtantur; & ſicuti per corporei aſpectus intuitũ,*
» *tanquam fides cernitur,ſpes iam tenetur:ita eorũ beneficia tunc*
» *erga deuotos renouari,vberiusq; redundare credendum eſt: Vn*
» *de etiam ſancta vniuerſalis Eccleſia dudum magnis turbinib.*
» *varijsq; tempeſtatum procellis impulſa,clamorem ſuum à Do-*
» *mino exauditum non dubitet, ſed ad quieti littoris ſecuritatem*
» *alacres oculos è vicino intendens; beati Matthæi Apoſt. præſi-*
» *dium iuxtà contempletur; quoniam iam nunc non dubiè agit*
» *in portu cui ſuam præſentiã oſtendit gubernator antiquus. Qua-*
» *propter de tanti theſauri reuelatione tua fraternitas exultet in*
» *Domino; & beatiſsimas reliquias, debitæ venerationis obſe-*
» *quijs dignis amplectens glorioſum Ducem R. ipſiusq; nobiliſsi-*
» *mam coniugẽ hortetur, & moneat, quatinus tam inſigni patro-*
» *no, qui ſe eis demonſtrare dignatus eſt,reuerentiam, & honorẽ*
» *decenter adhibentes,ipſius gratiã, & auxilium, ſibi, ſuiſq; pro-*
» *mereri, niſibus ſumma deuotionis contendant. Datum Romæ*
» *XIIII. Kal. Octob.* Vt mirum propterea non ſit, ſi hæc ſan-
ctiſsimi Apoſtoli tranſlatio,ad Gregorij ſeptimi tempora

per Eccleſiã referatur. Regnãte igitur Roberto Guiſardo, ac Sedẽte Gregorio vij. Summo Pont. triginta circiter anni ab inuentione tranſierant; magnificentiſsimũ templũ diuo Apoſtolo conſtruitur ære ipſius Roberti peculiari in quo per nouã veluti tranſlationẽ, ſacræ reliquiæ demũ repoſitæ ſunt, & hodie quoq; religioſiſsimè aſſeruantur; & ſingulis quibusq; annis Prid. Non. Maij feſtũ ipſius diuinæ trãſlationis ſolemniter celebratur, quò clerus vniuerſus, Abbates, & comprouinciales epiſcopi omnes conuenire, ac primis veſperi snecnon Miſſæ ſolẽni, Pontificalib. induti, intereſſe, certa propoſita pœna tenẽtur. Quod et ſine intermiſsione hactenus diligẽtiſsimè ſeruatũ eſt, & aſſiduè ſeruatur. Vt verò locũ ipſum vbi ſacrũ corpus repoſitũ eſt; etiã illi, qui nõ viderũt, poſsint vt cũq; percipere; nõ ab re futurum cenſemus, ſi primò ciuitatis, quã in propriũ quaſi domiciliũ creditur Apoſtolus elegiſſe: mox ipſius tẽpli ſitus, & ſtructura veluti ante oculos omniũ cõſtituatur. Eſt ad Mare Tirrhenũ regio (quę Picentinorũ dicitur) obtinẽs quadrageſimũ lõgitudinis & ad primũ ac quadrageſimũ latitudinis gradũ fere pertingens, montib. collibuſq; amœniſsimis diſtincta, quam ab ortu, Lucani, à Septentrione Samnites, ab Occaſu Campani, à Meridie Tirrhenum pelagus cuſtodiunt, ac veluti theſaurum cariſsimum complectuntur. Situ quidẽ pulcherrima, & aeris ſuauitate prę cęteris iucundiſsima, nũquam nõn ibi nitet cœlum, frondẽt arbores, pubeſcũt herbæ, ridẽt omnia, colles eius, gemmea, florũ varietate, oculis, naribusq; gratiſsima ſpecioſi. Mõtes haud nimis in altũ porrecti, tremulis laurorũ,

mirthorum, oliuarũq; vmbraculis opacantur. Prata molliſsimos aſsiduè Fauonios ſpirant, quorum flabellis arborum comæ leniter ventilatę placidiſsimo murmure auribus blandiuntur. Cæteraq; planicies perenibus inter ſecta riuulis, innumerabilium auicularũ copia reſonat, quæ paſsim liquidiſsimos cantus tenui gutture ſunditantes, intimos audientiũ ſenſus incredibili voluptate permulcent. Sed & arborum comparibus ordinibus & vitibus inter ſe iunctis in ſublime euectis, ad feſtæ celebritatis ſpeciem, quaſi coronis quibuſdam redimita, omnis hæc plaga videtur. Iacet ibi inter Mineruæ promontorium, ac Silarim amnem ad montis cuiuſdam radices (qui bonæ diei dicitur) nobilis, ac peruetuſta Salerni Ciuitas, cuius in longũ magiſque in latum protenſæ mœnia, ab auſtro quidem ſunt ipſi mari pro littore, ab Aquilone autem eſt mons ipſe Ciuitati pro mœniis. Ea verò tum ędificiorum vetuſtate, tum incolarum nobilitate eſt cum primis Illuſtris; ſed Chriſtianæ religionis obſeruantia, atq; in Deũ pietate anteferri ſanè ſibi nulla; Ædium vero ſacrarum cœnobiimq; numero, ne conferri quidem aliqua facilè poterit. Habuit per ſęcula multa proprios illa Principes, qui veluti Reges erant cum ab alterius nutu non penderent. Deinceps vero cœpit ad inferiores Principes transferri pro rerum, ac bellorum opportunitate; ac primum quidem fuit per inueſtituram à Regina Ioanna Secunda, Anno Domini 1420. conceſſa Iordano Columnæ, militi generoſo, poſtmodum aliis, atque aliis, viris tamen Illuſtribus, &

Regio ſanguine prognatis. Fuit etiam ab initio Metropolis non in ſpiritualibus tantùm, verùm etiam in temporalibus, quod eſt ſummæ dignitatis inditiũ. Accedit celebertimum Scholæ nomen propter quod hæc ipſa ciuitas fons medicinæ dicitur à Petrarca in itinerario; & Gimnaſium præterea nobiliſsimum, vbi feliciter literarum omnium diſciplina conſiſtit. Eius verò antiquitatem, præterquam quòd authores extollunt, inde poſſunt omnes coniicere quòd & Cicero, & Liuius, & Lucanus, & Strabo, & Silius Italicus, & Plinius, & Appianus de illa mentionem faciunt. Eius quaſi vmbilicum occupat templum egregiũ, & magnificentiſsime à Roberto Guiſcardo erectum Apoſtolo, & Euangeliſtæ Matthæo aere ipſius peculiari prout marmorea quædã faſcia ſupra templi portã cubitalib. ferè literis inſculpta declarat. M. A. ET EVANGELISTÆ PATRONO VRBIS ROBERTVS DVX R. IMP. MAX. DE AERARIO PECVLIARI eſt etiam totius templi ſtructura talis. In ſpacioſa ciuitatis planicie vniuerſa moles erigitur, omni ex parte à priuatorum ædificijs ſeparata: longitudinis ſanè paſſuũ 90. latitudinis vero 30. & iuſtæ itidem altitudinis: ab Occidẽte in Orientem patet ingreſſus planè magnificus qui per gradus marmoreos 12. in girũ fabricatos aſcenditur cõmodiſsimè. Porta vnica præ magna, tamẽ patet in ſummis ſcalis, ad cuius ima latera Leones duo marmorei præclarè ſculpti cernũtur apertas fauces quaſi cuſtodiæ cauſſa præbentes in ſummo autẽ illius vertice legitur. *Dux & Iordanus, & Princeps Capuanus Regnent*

gnent æternũ cum gente colẽte Salernũ. Inde atriũ ingredimur quadrilaterũ Fani totius, latitudinẽ æquãs; cuius extremas partes vndequaq; porticus ꝑ ampla defendit à pluuijs;que ingredĩetibus aditũ præbet cõmodiorẽ,& eſt etiã pro cœmeterio ciuib. Quod verò mediũ ſub dio ſpatiũ iacet fontẽ habet in medio perẽnẽ,ad crateris inſtar,vnico tãtũ lapide marmoreo fabrefactũ,cubitorũ 3 odatidunis in girũ emẽſæ. Portic⁹ autẽ ipſa colũnis ꝑal tis denis,& octenis ex marmore pario diſtincta cernitur elegantiſsimè,varijsq; pictuu ris ornata;cuius fornicib. ſuperiora quędã cubicula ſuſtinẽtur q̃ totũ atriũ ex alto ꝓſpiciũt, & tuẽtur. Ad dextrũ vero lat⁹ extollitur quadrata turris ad 200 cubitorũ altitudinẽ; in qua cãpanæ oẽs ad tẽpli vsũ neceſſariæ ꝓpẽdẽt,vna verò ꝓ cęteris imẽſæ magnitudinis,q̃ ad multa paſſuũ millia ſonũ emitti: ꝓpè turrim eſt cœmeteriũ quod terræ ſanctę dicitur;ad cuius imã portã eſt marmorea quædã nauicula cũ fragmẽto verſuũ huiuſmodi. *Naue ſept. ima ſit tibi terra leuis quiſquis huic tumulo poſuit ardẽte lucernã;illius cineres aurea terra tegat.* Totũ verò atriũ varia circundãt monumẽta marmorea quib. nobiliſsimorũ ciuiũ cadauera, cineresq; ſeruãtur. Cohęret ſtatim atrio tẽplũ ipsũ;in cuius frõte portę ſunt tres,media ꝓcipua egregiæ amplitudinis Æneas fores habet variis figuris inſculptas, in cuius epiſtilio legitur. *A Duce Roberto donaris Apoſtole tẽplo:pro meritis,regno donetur ipſe ſuperno.* Extremæ Portæ humiliores quidẽ:Periſtylii tamẽ laterib. reſpõdẽtes. Extructũ verò tẽplũ; duplici colũnarũ ſerie, in longũ diuiditur & quaſi tres in eo cõficiũtur

viæ

vię, ita vt extremarũ anguſtia, medię amplitudinẽ augeat. id verò pcipuè delectat ĩtuẽtiũ oculos, q̃ feneſtris ſpecularib. magnificè ſplẽdet, & cõtignationib. multis ità affabrè, & variè tegmẽ illaqueatur, vt mirũ ſit, tãtę molis pcurrens põdus, ſuſtineri, ac ſuſpẽdi poſſe. Porrò per mediũ eũtib. occurrit in dextro latere fons Baptiſmalis, vnico exciſus lapide; orbicularis amplitudinis cubitorũ circiter 16. pgentib. deinceps ,ppè chorũ ſe ſe offert quadrata manſio xii. Porphyreticis ſuffulta colũnis, ad vlnarũ 20. altitudinẽ euecta, quadratis itẽ confecta lapidib. & egregiè vermiculata, ex qua veluti ex ſuggeſto ſacræ recitantur lectiones populo, dieb. ſollẽnibus. Cõſimile quoq; ſuggeſtũ in altero latere p elegãtiſsimũ eiuſdẽ operis cõſpicitur, quatuor pcioſiſsimis colũnis ſuperimpoſitũ, vbi legitur. *Romoaldus ſecũdus Salernitanus Archiepiſcopus præcepit fieri hoc op⁹.* Mediũ verò tẽpli chorus quadrilaterus occupat tabulis egregiè cõpactus, & muſiui pauimenti, in quo & ſtãtes, & ſedẽtes clerici oẽs, & cõmodè, & magnificè canonicas horas de more cõcinũt, atq; altari miniſtrãt. Conſtat autẽ vniuersũ Eccleſię capitulũ, ex Archidiacono, Diaconis quatuor, Cantore, Primicerio & Canonicis viginti quatuor, q. cẽtenos ſinguli aureos percipiũt pro redditu annuo; ad chori ipſius lęuã ſupereminet organũ omnib. ſanè numeris abſolutũ, & qualibet illuſtri Eccleſia dignißimũ iuxtà quod nos è tabulis ſuggeſtũ nouũ extruxim⁹; in quo p quã cõmodè ſolẽnis muſica ſtatis dieb. cõficit, dũ diuina celebrãtur officia. In ima Fani toti⁹ lõgitudine trãuerſus Andron excurrit, & quaſi ad crucis inſtar Eccleſiæ ſpatiũ redigit; ad cui⁹ extremos parietes

Orientem verſus, tria cernuntur altaria, ſpecioſa quidem, atq; magnifica; medium vero eò magnificentius cæteris, quod ad ſummi Pontificis, Cardinaliumq; conſeſſum inſtructum, & ædificatum fuit: eminentiori quidem loco & vermiculato pauimento decoratum, vermiculatisq; lapidibus circunſeptum, in quib, à tergo hæc leguntur carmina in crucis modum diſtincta. vetuſtiſsimis caracteribus perquam eleganter.

Ne populus temerè ſacram prorumpat ad Aram
Sitque ſalutiferis maior reuerentia ſacris:
Sumptus & arbitrium Vilelmi Præſulis iſtis
Marmoreis titulis hanc cinxit & extulit Aram.
Marmora pulchra nitent varijs diſtincta lapillis
O Matthæe, tuæ pulchra corona domus.
Tu ſcis quanta fuit deuotio præſulis in te
Deuoti memorem te decet eſſe tui.
Non niſi Pontifici ſanctorum ſancta patebant.
Cum veteri populo victima taurus erat.
Nec minus hæc ſacra ſunt, quamuis ſint peruia cunctis.
Namq; nouo populo victima Chriſtus adeſt.
Illius vituli ſpecies quem panis obumbrat
Dignè ſumpta Caro languores quoslibet aufert;
Exue te veterem quiſquis vis ſumere dignè
Has epulas, hominemq; nouum nouus indue Chriſtum.

Hos vero parietes vltimos templi, valdè iucunda miniati operis (quod Muſiuum dicitur) pictura conueſtit, & in Emiſpherio maiori, vbi templum deſinit (vulgo tribuna dicitur)

dicitur) leguntur hi verſus literis iisdem miniatis, & cubitalibus

Da Matthæe Pater, Patris hoc det & innuba Mater
Vt Pater Alphanus, maneat ſine fine beatus
Ecce Dei natum ſine Matre Deum generatum
Prædicunt Vates naſci de virgine Matre
Sic Chriſtus natus noſtros remouendo reatus
Viuit cum Patre in cælo, & cum virgine Matre.

Qui autem à dextris conficitur angulus in imo templi, illuſtris planè factus eſt, tum ob præclaram Cappellam vermiculati operis, quam Ioannes de Procida Salernitanus, & in Sicilia vniuerſa percelebris, erexit, atq; dotauit: tum ob plurium Prælatorum ſplendidiſsimas vrnas, præcipuè verò ob marmoreum tumulum, in quo Robertus Guiſcardus Gregorij Septimi ſummi, optimiq; Pontificis corpus collocauit, quem vt Henrici quarti, Romanorumq; perfidiæ ſubtraheret, quaſi perfugũ hoſpitio receperat; cuius nos ipſi reliquias, nulla ex parte labefactatas, Pontificijsq; indumentis ornatas, hoc anno, qui eſt à tumulatione ferè quingenteſimus, proprijs oculis inſpeximus, propriisq; manibus contrectauimus; locumq; ipſum vetuſtate penè collapſum reſtituimus; & in Sanctiſsimi, ac generoſi Pontificis honorem penè deliteſcentem, huiuſmodi monumentum ereximus.

GRE:

GREGORIO VII. SOANEN.
PONT. OPT. MAX.

Eccleſ. libertatis vindici acerrimo aſſertori conſtantiſſ.
qui dum Rom. Pont. autoritatem aduerſus
Henrici perfidiam ſtrenuè tuetur
Salerni ſanctè decubuit.

A. D. CIↃXXCV. VIII. KAL. IVN.

M. ANT. COLVMNA MARSIL.
Bononien. Archiepiſ. Salern.

Cum illius corpus poſt quingent. circiter annos ſacris amictum ac ferè integrum reperiſſet, ne tanti Pont ſepulchrum memoria diutius careret.

M. P.
GREGORIO XIII. BONONIEN. SEDENTE
A. D. CIↃIↃLXXVIII. PRID.
KAL. QVINCTIL.

Ab eodem quoq; latere patet ingreſſus quidam ſubſidiarius, in ipſum Archiepiſcopale palatium; quod ſanè quàm magnificum, & quam commodum eſt; eademq; qua & templum ſtructura, atq; operis firmitate conſiſtit. Ad oppoſitum verò è regione latus, nitet pulcherrimũ, ſplendidumq;

dumq; ſacrarium; in cuius interiori cubiculo perquam eleganti; ſumma tum diligentia tum religione aſſeruãtur, ſacræ reliquiæ quam plures, quibus & adſtruitur, & mirificè confirmatur Chriſtiana fides. eſt ſiquidem ibi particula ſacroſanctæ crucis, cui fuit pro omniũ redemptione Christus Saluator affixus, quæ in crucis quoq; figuram redacta, miraculis multis claruit & aſsiduè clareſcit. Eſt & argentea quædam crux, grandior, laminis aureis vndequaq; contexta, qua plurimæ ſanctorum reliquiæ claudũtur; præſertim verò medium illius occupat, alia itidem ſanctæ Crucis particula; ſummo eius capite, Iacobi minoris dens vnus ſeruatur; in dextra glorioſiſsimi Matthæi dens alius, de quo & nos ſupra locuti ſumus; in læua itidem Maioris Iacobi dens ſimili modo conſpicitur; quibus veluti gemmis Crux ipſa tota refulget. Eſt & D. Matthæi brachium illud, quod Beneuentanus quondam Princeps à Giſulpho precibus impetrauerat; & quamuis argento concluditur: ex cancellis tamen carnis, & oſsium aſpectus intuentibus patet; adeſt quoque Agatæ virginis & martyris, brachium ſiniſtrum; & integra beatæ Anaſtaſiæ manus, necnon diuæ Catherinæ Senenſis, digitus; quem indicem dicimus. Ad hæc ſancti Geminiani femorale oſſam, adſeruatur; & altera Gena. Itidem & perantiquus quidam argenteus Calix ſacratiſſimo Chriſti ſanguine aſperſus, ad ſacerdotis cuiuſdam celebrãtis infidelitatem, cohercendam: dum enim dubius ipſe ſacramentum conficeret, non modò confirmatus fuit in fide,

in fide, dum biberet, ſed ad omnium quoq; tollendam dubitationem, Calix ipſe ſanguine vero maculatus permanſit; ita vt ne lauari quidem ab ipſo potuerit vnquam. Deniq; vaſa tria cuſtodiuntur ibidem ex alabaſtro, in quibus quamplurimæ multorum ſanctorum reliquiæ ſeruantur, quas ſigillatim exprimere, non oportet. Eſt præterea inferior crypta templi amplitudinem æquans; qui locus eſt ſubterraneus, ad quadraginta circiter vlnarum longitudinem, & viginti latitudinem concinnatus, ſub Andronę ipſo ſuperiori; & fornicibus perquam eleganter ſtelatis ex omni parte contectus; ſeniſq; baſaltæis columnis egregiè diſtinctus. Ad quem ex vtroq; tẽpli ſuperioris latere, per marmoreas ſcalas incohatur deſcenſus graduum vtrinq; circiter viginti. In quo quidem ſpecu, præterquam quod Prophetarum quorundam & multorum Martyrum reliquiæ adſeruantur; ſunt etiam quindecim ſanctorum corpora recondita, quorum in Eccleſia ipſa celebrantur officia pro tempore, ac præſertim ſunt Fortunati, Gaii, & Antis, vrbis tutelarium ſanctorum corpora tumulata; quorũ altare, quod perantiquum, & ſummæ venerationis erat, nos ipſi Gregorii xiii. S.P. authoritate, priuilegio donari cu rauimus, pro animabus defunctorum à purgatorio liberandis, inſtar altaris Gregoriani quod eſt in vrbe. Sed quod eſt in ipſa crypta venerabilius, & ex orbe toto, Chriſtianos homines allicit: quieſcit ibidem ſanctiſsimum, & glorioſiſsimum Matthęi Apoſtoli, & Euangeliſtę corpus, religioſiſsimè collocatum: ſiquidem quadratum eſt in
media

media crypta ſpatium,quod lapidei,cancellatiq; parietes bicubitales ambiant, ad vlnas ex omni latere duodecim; quo veluti ſepto,altare cingitur vetuſtiſsimũ,ſub quo theſaurus ille repoſitus eſt,ita vt locus ipſe per ferreos cancellos comodè videri poſsit.Tanta fuit autem olim,& eſt hodie quoq; celebritas loci huius:vt non Salernitani modò, ſed omnium circunquaq; prouinciarum incolæ, aſsiduè concurrant;immo verò & remotiſsimæ quoq; gentes, ex Europa tota,frequenter confluant;& tam ingentem viſuræ beatitudinem,& à Deo Domino ex huius Apoſtoli meritis petituræ diuitias,honorem,vitæ diuturnitatem, optatam deniq; felicitatem in hoc ſæculo, & gloriam in futuro perpetuam. Auget cum admiratione pietatem; liquor precioſus,& ſanctus (Manna vulgò dicitur) qui ex beatiſſimo corpore manat, ad mala omnia propellenda; antidotus præſentiſsima,quemadmodum frequẽs docuit experientia, plurium ſeculorum. Hæc de ſacri corporis nouiſsima tranſlatione ſufficiant; Nunc paucis exponamus miracula quædam, quæ ſtatim à tranſlatione contigiſſe in hac ipſa ciuitate cõſtat;dicturi deinceps de alijs multis, quæ ad hæc vſq; tempora contigere;quemadmodum,& Eccleſiæ noſtræ Codices, rationesq; teſtantur; & hominũ quoque memoria recens enarrat.

ARGVM.

MIRACVLA QVAEDAM, SALERNI edita, ſtatim poſt translationem & de brachio ſancti Apoſtoli conceſſo Beneuentanis.

Cap. XI.

VIX conſederant ſacræ reliquiæ; cum contigit, vt de ſanctiſsimi Apoſtoli pręſentia ne vllus quidē è populo dubitare poſſet. Etenim ſequenti poſt tranſlationem die factum eſt, vt Andreas quidā, filiam habens diuturna infirmitate languentem, & adeo morbi atrocitate confectam, vt tantùm in horas animam ageret; paterno amore cōmotus, poſt lachrimas multas, ſomno corriperetur; cumq; dormiens mœrorem agitaret eundē; videbatur ipſe ſibi ſemiuiuam filiam in vlnis baiulare iuxtà littus maris, cum teterrimus quidam & perditiſsimus Dęmon, eam ſuis è manib⁹ per vim rapit & in altū quàm longiſsimè ducit. Quem ob caſum cum ingētes lacrimas iam effunderet; ſummoq; eiulatu perditam immo ſurreptam filiam conquęretur, videre ſibi viſus eſt virum ſplendidè amictum, omni dignum veneratione, qui amanter à ſe cauſam quærebat, cur ita fleret cumq; illi rem totā expoſuiſſet, plurimo ſingultu interrumpente vocem; non ſolùm hortatus eſt ipſum, bonus ille ſenex, bono vt eſſet animo, ſed illicò Dęmonē eſt inſequutus, natamq; è manib. eius ereptam ſibi reſtituit incolumem. Procumbens igitur tamquam gratias acturus; petebat ſupplex, vt nomen ſuū proferret; ſcire velle ſe cui ſempiternas agere debeat gra-

tias,poſtquã condignas referre tũc nõ valebat. Tùm viſus eſt ſubridere ſenex,optimũ illius,gratũq, animũ collauda re;dicere etiã;nõ egere ſe vt ſibi gratię redderẽtur,ſed Deo Domino tantũ referendas,ex meritis atq; precib.Matthæi Apoſtoli,& Euangeliſtæ;qui externa die fuerat Salernum tranſlatus;cuius ipſe tunc ſimulachrũ gereret,ijs humaniter dictis viſus eſt cõtinuò diſceſsiſſe.Cũ præ animi lętitia excitaretur Andreas à ſomno;ſtatim filiã inuiſit;eãq; prorſus beneualentẽ: atq; incolumẽ diuino beneficio oſtendit. Quãobrẽ ad terrã procidẽs laudes ingẽtes Deo Opt. Max. diuoq; Apoſtolo ſtatim perſoluit;& palã omnib.enunciat q̃cũq; ſibi in ſomnis acciderãt.Admirati aũt quoquot aderãt,ſubitã hanc puellę ſanitatẽ,& patris ipſius ſermone cõmoti;incredibili mones gaudio pfuſi ChriſtiSaluatoris bonitatẽ extollũt.Andreas autẽ ipſe ſummo mane Bernardũ epm adit; & quẽadmodũ defunctã ferè filiã à glorioſiſsimo Apoſt.recepit incolumẽ, explicat;q̃ res cũ deinceps latè p ciuitatẽ, & prouinciã euulgata eſſet cœpit & de ſacro corpore teſtimoniũ haberi certiſsimũ & magis, ac magis excreuit oĩum hominũ erga reliquias illas veneratio. Sub idẽ ferè tẽpus,vnica matri filia colicis dolorib· adeò vexabatur,vt ſalutẽ omnẽ medici deſperarent. attulit eam genitrix ad Apoſtoli corp⁹ fuſisq.ex toto animo ad illũ p̃cib. vt ſanitatẽ filiæ cõcederet;ſtatim receſſere dolores eadẽq; die ,pprijs greſsib. domũ cũ ipſa matre reuertitur q̃ paulò antè ſemimortua fuerat ad ſacrũ locum perducta.Haud ſanè multò poſt apud Principẽ Giſulphum habitabat Ro-

thilda ſoror eius, quæ fuerat Arnulphi Beneuentanorum Principis vxor, & tunc temporis vidua apud fratrem erat, Familiaris eius quidam cui Stephano nomen erat, cũ valetudinarius eſſet, nocte quadam vehementiſsima ſiti corripitur, vxorem ſuam excitat (coniugatus quippe erat) aquam adferri iubet, cunq; vxor varijs id rationibus differret in longum; vir deniq; ſitis impatiens, Diabolũ magnis vocibus inuocauit, & indignabundus adhuc gelidã eflagitauit. obſequitur tandem vxor, inuocationibus illis perterrita; adducit aquæ cyathum præ grandem; arripuit illum Stephanus; & cum ebiberet auidiſsimè; factum eſt vt Dęmonem ſimul cum aqua ſorberet; à quo cõfeſtim cœpit torqueri miſerè. Id cum vxor animaduertiſſet; illicò tremens ad Rothildam dominam occurrit, & viri infortunium enarrat; ea refert id ipſum Giſulpho Principi; nec mora, totam rem aulici omnes reſciuere; qui cubiculum ingreſsi vbi Stephanus à Dæmone vexabatur; illum arctiſſimis vinculis ligant; & ad beati Petri Apoſtoli ſacellum, quod in Regia Principis erat, adducunt; ibiq; totam noctẽ agunt nec vnquam à vexatione ceſſauit iniquus ſpiritus; quamobrem cum remedium aliud aulici non haberent; Stephani ipſius piè miſerebantur. Porrò ſequenti die ad Præſulem & vrbis Pontificẽ res tota defertur, qui feſtinanter ad locum properat, ac Stephanum ita vexatum reſpiciens; monuit omnes, vt ad Deum pias ex animo preces effunderent, vt miſerum illum à perfidi hoſtis inſidiis, atq; cruciatibus pro ſua bonitate, ac miſericordia liberaret.

Orant

Orant ſinguli Deũ enixè pro Stephani ſanitate. Sed adhuc ille miſerabiliꝰ angebatur. Intereà monachus Athanaſius (de quo ſupra loquuti ſumus) qui forte fortuna tunc Salerni reperiebatur; cum hęc reſciuiſſet, ad Rhotildam ſe confert, indicat habere ſe Epiſcopi Pæſtani munere, dentem Apoſtoli beatiſsimi Matthei, cuius ipſe aduerſus malos ſpiritus, virtutem ſæpius agnouerat, proindè ſperare ſe ſi manu præſulis, in luſtralē aquam immitteretur, eamq; mox Dæmoniacus biberet; futurum vt ſtatim glorioſi Apoſtoli meritis, à Stephano malus ille Dęmon recederet. Probat Rothilda conſilium; Rogat itaq; præſulem, vt dentem ſacrum accipiat, aquam benedictam attingat, Stephano bibendam offerat. Nihil eorum ſpernit religioſus antiſtes; aquam luſtralem ſigno crucis munit; iterum & tertiò dentem infundit in ipſam. Imperat deinde Stephano vt bibat eumq; ad id compellit inuitum. Cœpit tunc acrius diuexari; quòd immundus ille ſpiritus à parte ſuperiori tentabat egreſſum, cui tamen ſacer ille potus obſtabat: quare cum omnino ſibi exeundum intelligeret; ab inferiori parte abiit; Stephanumq; liberũ ab omni vexatione reliquit, maxima cum omnium admiratione. Planè cum dentem à Rothilda mox repeteret Athanaſius, tametſi diu, multũq; illum ſummis precibus afflagitauit, non potuit tamen à vidua recuperare; quo circa lubens reliquit, quod ſeſe vidit omnimodo relicturum; hicq; dens poſtea fuit cruci argēteæ inſertus de qua ſupra diximus Ferunt etiam, dum Salernum adducebatur; Incolis apud Rutinum miſerè ſitien

tibus;

tib.& ad Apoſtolũ preces intimas effundentib. ſcaturiſſe fontẽ aquæ frigidæ;quem vſq; ad hanc diẽ beati Matthæi fontẽ vulgò appellant.Quẽadmodũ & illud quoq; narrãt per patrũ traditiones;quibuſdã locis hæſiſſe ad multas horas,nec moueri potuiſſe vnquã, donec loca ipſa nõ fuerũt Apoſt dedicata;& inde prouerbium emerſit hodie quoq; notum. *Munus cupit Apoſtolus.* Fama interim trãſlati Salernum corporis,longè,lateq; diffuſa erat,tùm hominum omnium cõmuni voce,tùm verò maximè miraculis multis editis. Quam ob rem cũ id accepiſſet Landulphus Beneuentanorũ Princeps,optimates & proceres omnes conuocat Beneuentanæ ditionis, cum quibus init conſiliũ de oratorib. ad Bernardum Salernitanum antiſtitem Giſulphumq; Principem mittendis;vt partem aliquam glorioſi corporis impetrarent,pro tutela,& ſalute ciuitatis Beneuantanæ. Venerunt omnes in Principis eorum ſententiã; & laudantes pium ipſius conſilium;eligunt demum viros illuſtres, vt Salernum quanto citius proficiſcantur; regiis onuſti muneribus, humaniterque petant aliquid ex glorioſo corpore: vt tantus ille theſaurus Beneuentanis etiam aliqua ſaltem ex parte cõmunicaretur cũ quib.eſſet aliqua Salernitanis ipſis veluti cognatio cõmunis; erant quippè vtriuſque populi Principes inter ſe cognati. Proficiſcuntur legati, & vt primùm peruenere Salernum, humaniſſimè tàm à Principe, quam à præſule ſunt excepti, neque ſanè difficilè eis fuit quæcunque optabant obtinere.Princeps enim atq; antiſtes,vti erant ſumma pietate, &

h um

humanitate præditi, ſacri corporis dextrũ brachium ſumma reuerentia abſcindunt, & legatis benignè concedunt, ad Landulphum Beneuentanosq; ciues deferendum. Accepere illi ingenti lætitia munus egregium, ideoq; exultantes reuertuntur in patriã; prænunciauere tamen Principi, ſe voti compotes ad eum redire; quam ob rem Landulphus ciues omnes, antiſtes itidem clerum vniuerſum cõuocat; indictis ferijs & rogationib. ſacris, maxima tùm pietate, tùm lætitia, obuiam ſacro brachio progrediuntur. Quod mira reuerentia, ingentibúsq; populi acclamationibus excepere; & illud geſtante præſule, in Eccleſiam vrbis primariam inferunt; ibique honorificentiſsime collocant, & religioſiſsimè cuſtodiendum reponunt.

Interea Landulphus quidã (cui Græco cognomẽ erat) in carcerem coniectus, quòd in caput principis conſpiraſſet; dum exultantẽ populum audit ex vinculis, lætitiæ cauſam à cæteris captiuis exquirit; quorum vnus qui gaudij cauſam, & Apoſtolici corporis omnem hiſtoriam probè nouerat; explicat Græco totũ ad vnguẽ, concluditq; ob eã cauſam exultare tunc populũ illũ; q̃ à Salernitanorũ antiſtite, Principeq; Giſulpho, brachiũ beatiſsimi Apoſtoli sũt cõſequuti. Tũ Græc⁹ exclamãs; ſi verè tuũ eſt, ait, Matthæe Apoſtole, & Euangeliſta, brachiũ quod defertur, fer mihi opem precor, vt à vinculis iis liberatus, tuoq; beneficio factus incolumis, ſempiternis te laudib. efferã, necdũ hæc lacrimabundus verba finierat, cum de improuiſo (videntibus quotquot aderãt cõcaptiuis, quorũ magnus erat numerus)

merus) catenæ complices, ac vincula omnia ſuaptè ſponte confracta ſunt, maxima cum omnium admiratione. Id vbi Landulphus princeps accepit, mandat confeſtim apparitoribus, atq; comentarienſibus, vt Græcum illum, tametſi capitali iudicio ob capitale crimen, plectẽdus erat, priſtinæ reſtituant libertati; quem & ipſe deinceps in priſtinam gratiam recepit. Quod miraculum cum alia multa itidem ſequerentur; ingens factus eſt ad reliquias illas hominum concurſus; & propediem aucta eſt per vniuerſum regnũ ſanctiſsimi Apoſtoli veneratio, quæ mox Europæ fines glorioſè tranſiuit. Procedente autem tempore factum fuit; vt membrum ſuo corpore redderetur, & in ipſa Salernitana Eccleſia totus Apoſtolus iterum diuina permiſsione conſiſteret, vſq; ad noſtra tempora, quibus etiam pro ſua bonitate non deſiſtit noua ſemper exhibere miracula; quorum nos aliquot proferemus in medium; quæ per longas temporum vices contigiſſe noſcuntur.

ARGVM.

RVRSVS ET ALIA MIRACVLA; QVAE ad hæc vſque tempora contigere.

Cap. XI.

HAVD ſanè multò poſt quàm glorioſus Apoſtolus fuit Salernum tranſlatus, contigit vt tria Salernitanorum Martyrum corpora detegerẽtur, quæ per octingentos propè annos in ciuitatis ipſius planicie,

nicie, Orientem verſus ſepulta iacuerant. Siquidem ſæuientib. in Dei Eccleſiam ſceleſtiſsimus omnium Diocletiano, & Maximiano Principib. cum Fortunatus, Gaius, & Anthes Salernitani ciues, in locum certũ orationis cauſa conuenirent: delati ſunt ad Leontium proconſulem (qui tunc fortè Salerni erat) catenisq; ferreis deuincti, ad Delubrum Priapo dicatum adducuntur, vt ipſum capite genibusque veluti Deum venerentur. Erat quippè pro temporum illorum ſuperſtitione celebris ille locus, quò ſteriles fœminæ per ſummam ſtultitiam confluebant, ſobolem à Dæmone petituræ; quas & voti compotes veterator Diabolus ſæpe faciebat. Quia verò fortiſsimi tres Athletæ, non modò tantùm patrare nefas, conſtantiſsimè recuſarunt, ſed propria quoq; corpora vero, ac trino Deo Chriſtianorum ſacrificium alacriter obtulerunt: iuſſu proconſulis impiiſſimi, capite truncati ſunt, & auibus, beſtijsq; relicti, à quibus cum & volucres, & feræ quæq; animantia abſtinerẽt, humo tandẽ contecti veriusquam ſepulti, à pijs quibusq; hominibus extiterunt. Cumq; annos circiter octingentos ibi delituiſſent patriamq. ſæpius à Barbarorũ incurſionib. incolumem reddidiſſent: nouiſsimè fecit Deus, vt triplex ille theſaurus, Apoſtolico itidem theſauro iungeretur, Salerniq; patrocinium fieret apud Deum, ſanctorum Martyrium coniunctione, cumulatiſsimum. Sub idem quippè tempus, quo glorioſus Apoſtolus Salerni quieuit, contigit vt non procul ab vrbe Fortunati, Gaij, & Antis incorrupta corpora reperirẽtur propè locum ipſum vbi fuerat Priapi

Delubrum. Illuc igitur Epiſcopus cum clero, ac ciuib. vni-
uerſis ſolemni proceſsione perrexit, & cum non ſolum in-
tegra, ſed ſuauiſsimum ſpirantia compeřiſſet, ex humili lo-
co illo ſuſtulit, & tùm ſuis tùm ſacrarum perſonarum hu-
meris, ad maiorem Eccleſiã Matthæo Apoſtolo, & Euan-
geliſtæ dudũ erectam, comportauit, vt ad glorioſiſsimum
Chriſti diſcipulum iamq; præſentem accederent corpore,
quem multis anteà ſæculis, abſentem ſequuti fuerant exẽ-
plo. Dum verò de loco ad locum ſacræ reliquiæ transfere-
bantur, conſtát ciues multos, qui malis ſpiritib. vexebãtur,
de improuiſo liberatos eſſe, audita inque aere vocem
multiplicem, plurimorum veluti Dæmonum fugientiũ.
Porrò autem in ipſa crypta inferiori collocauit eos Anti-
ſtes, ipſiſq; proprium erexit altare, à tergo illius quod Apo-
ſtolo fuerat pridem erectum, vt ſydera illa tria fulgentiſsi-
mo ſoli iungerentur; & Salernitana ciuitas multiplicibus
irradiata fulgorib. noctis æternæ caliginem deinceps non
pertimeſceret. Ad multos indè annos, quoniam ciues aſsi-
duè viſitabant Eccleſiam; contigit vt Anus quædã Poliſe-
na nomine præ cæteris omnib. eſſet in ea viſitatione fre-
quẽtior, quippè cui beatiſsimus Apoſtolus verè cordi erat
hæc cũ pro more, quotidiè ſatageret horis intereſſe canó-
nicis, neq; ab hoc pietatis officio, vlla vnquã cœli acerbita-
te compeſceretur; factũ fuit, vt cũ ſolemni quodã die, tem-
plum ingreſſa, toto corde glorioſum Apoſtolũ ſalutaret,
& luſtrali ſeſe aqua perfunderet; guttę omnes quæcunque
pallium, atq; linteolos tetigerant, in aurũ puriſsimũ verte-

rentur;

rentur; quod & populus vniuerſus magna cũ admiratione perſpexit, & familia nomen ex accidenti indidit, quæ de Autoſino dicitur, prout per patrum traditiones ad hanc vſq; diem fama perrexit.

Illud quoq; dignũ memoria videtur (vt alia interim miracula taceamus) quod ex auorũ ætate narratur, & nobis quoq; certiſsimis rerũ argumẽtis innotuit. Nẽpe triennio antequã Lautrechius pro Frãciſco Gallorũ Rege Italiã inuaderet, Valdemõtius Lothoringię Reguli frater, vt & incolarũ volũtatis, & ſuę fortunę periculũ faceret (erat quippe Regiæ ſtirpis Andeuagẽſiũ ſurculus) ad portas Neapolitanas ſeſe oſtẽtauit, indè verò Picentinos penetrans, Salernũ manu cępit deditis ſe ſe ſpõtè ciuib. & à Principe Ferdinando Seuerinate deficiẽtib. eã cõtumeliã cupiẽs Princeps vlciſci, collectarios repẽtè milites ex finitimis pagis cõuocat, & ſuopte illos ingenio, Salernitanis infenſos, ac prædæ cupidos, inuitat ad diripiẽdã, diruẽdãq; nobiliſsimã ciuitatẽ, & ante ſigna nus ipſe pari truculẽtia dirã vaſtationem, crudeleſq; flãmas minatur. Cũq; iuſſũ ad id exercitũ confeciſſet, & iã iam muros ipſos teneret; tantũ abfuit vt voti compos exiſteret, vt & confeſtim repulſus fuerit, & plurimos ex ſuis militib. vnius horæ ſpatio deſiderauerit. Nec verò tã felicẽ, forteq; operã oppidani pſtiterũt, qui & pauciſsimi, & inermes erant; ſed ſtetere magno quidem numero in hoſtiũ conſpectu pro ciuib. Galeati, Thoracatiq; milites cæleſtis exercitus, ſub quatuor ductoribus eximiis quos fuiſſe glorioſiſsimũ Matthęũ & tres tutelares ſanctos

à nobis paulo antè commemoratos, haud ſanè dubium fuit; cũ populare fuerit ſpectaculum; & Princeps ipſe, ſinguliq; milites idipſum pacatis poſtea rebus prædicauerint. Accidit circa idem fere tempus, vt nocte quadam, ex ipſa inferiori crypta fuerint quædam furto ſubtracta pro altaris vſu parata, inter quæ nonnulli calices, crucesq; argenteæ, quę ſub ipſa menſa cuſtodiebantur, vbi ſacratiſsimum Apoſtoli corpus conditum eſt, ſed & ipſos cancellos argẽteos, vnde ſacræ reliquiæ ſpectabantur, impius, nefariusq; ſacrilegus abſtulit, necnon craterem ipſum penſilem, quo ſanctiſsimũ colligebatur manna, & fiſtulæ partem, qua liquor ille diuinus ex Apoſtolicis artubus vndatim ſaliebat. Porrò licet ſumma diligentia fuerit adhibita, pro ſacrilegio detegendo, haud tamen potuit aliquod indicium haberi, tantæ ſceleritatis. Ad multos inde dies alijs ex cauſis, perductus fuit in arcem, vir quidam popularis, Valerius Guadagnius, ibiq; detruſus in locum perantiqui carceris, quem foſſam dicunt. is verò qui ſui conſcius erat ſceleris, ſponte confeſſus eſt ingens illud ſacrilegium, à ſe flagitioſiſsimè perpetratum in Eccleſia fuiſſe. & poſt dies aliquot, tanto eſt fœdere, ac mœrore correptus, vt contracta propriæ carnis corruptio, in pediculos fuerit paulatim conuerſa; quorum tanta epullulabat vis, vt non modò tunicas omnes eius impleret, ſed totum planè corpus paſsim eroderet. quamobrem fœdiſsimis illis vermibus celeriter putruit, & iuſta diuini numinis ira (quemadmodum ipſe palàm omnib. fatebatur) eo ipſo morbo miſeram euomit animam

nimam: indeq; ad D. Auguſtini Eccleſiam eſt perductus, vbi poſtquam vniuerſo populo ſpectaculum extitit, fuit maximo cum omnium terrore ſepultus.

Ad hęc illud quoq; referemus, quod nonnulli ex ſenioribus in humanis agentes narrant in ipſa D. Matthęi Eccleſia contigiſſe; Anno ſiquidem vigeſimo quinto ſupra milleſimum, ac quingenteſimum; Feria ſexta in Paraſceue, dum in ea Eccleſia, illius diei ſacra peragebantur; & ſanctiſsimæ crucis particula illa (de qua ſupra diximus) pro more circumferebatur per Eccleſiam ab Epiſcopo: extitit Bernardinus quidam è Naccarellorum familia; de plebe quæ diui Bartholomæi dicitur, qui dum ſacroſanctum illud lignum infideli corde aſpiceret, & adulterinum eſſe arbitraretur, impia hæc verba protulit. *Ehu quid ſi Chriſti crux mons ipſe Veſcuuius fuiſſet*. Eſt quippe mons ille lignorum feracilsimus, quod cum dixiſſet, ſtatim obmutuit, nulloq; conatu potuit deinceps aliquod verbum exprimere; & licet ſtatim ſuam ipſe culpam agnouerit, maximoq; mœrore fuerit affectus, haud tamen potuit peccatum ille ſuum, peccatiq; pœnam verbis exprimere: quinimò coactus eſt neceſſaria ſibi per nutum exquirere. Proindè conuerſus ad lacrimas, & mœrorē cœpit ſacras lectitare ſcripturas, ex quib. aliquod ſolacium percipiebat. Eo igitur impedimento per annum infeliciter eſt detentus: cùm vero ſexta iterum feria maioris hebdomadę poſt duodecim menſes iam iam recurreret; pridie illius diei, proficiſcitur mutus ad Eccleſiam D. Matthæi, cum vno ex filiis, cui Ia-

cobo nomen erat; ſuum deploraturus pro more peccatū;
in medioq; itinere occurrit illi ſenex quidā, egenus valdè;
qui verecūdus ſtipē expoſcit, & cū obolū recepiſſet, verba
autē nulla recepiſſet, ſciſcitatur iuuenē, q̄d cauſæ ſit vt bo
nus ille vir mutus exiſteret; paucis id explicuit natus ante
annū 25. id ei repētè cōtigiſſe, cauſamve omnib. incognitā
eſſe. Tū ſenex, moneo, īquit, te vt Geminiano mutinēſi tuā
cām cōmēdes, à quo miracula perpetrātur; & ſtatim abiit.
perrexerunt illi ad Eccleſiā & diuinis interfuere; quib⁹ ab-
ſolutis domū reuertuntur, & Bernardinus ad ſacras lectio
nes ſe ſe cōfert. Veſpere autē eius diei, anteq̄ iret cubitū, tra
ctabat manibus fortè fortuna librū, quo ſanctorū Patrū vi
tę deſcriptę ſunt qua in lectione cōtigit vt de ſancto Gemi
niano legeret. proindè reputās ipſe ſecū, q̄ eadē die audi-
uerat ex medico ſene; cœpit attētius eius viri geſta cōſide-
rare; & vehemēti ſpiritu imbutus, tandē procubuit, & ſom
no correpṫ eſt. Luceſcēte deniq; iàm iàm die, cōſurgit mi
rū in modū perturbatus animo, & admirabūdus circūcur
ſat ædes, cognatisq; omnib. geſtū inſuetō indicat, magnū
quidā ſibi ea nocte cōtigiſſe, & feſtinātet ad Eccleſiā per-
git, p̄maturè ſatis, vt diuinorū nihil omitteret. Parantur ibi
paulatim oīa, p̄ut ſacra poſtulabat dies. incohatur deniq;
diuinū officiū Eps Capreę (cui nomē Euſebio fuit) vices Ar
chiepi ſubiit, & iuxta mortē inueteratū, nudis pedib. crucē
baiulat; in qua ſanctiſsimæ crucis particula cōſeruatur; cir
cuniit Eccleſiā, ſequente illū vniuerſo populo ſiſtit tādē ad
altare, & oēs p̄uocat, ad ſignū illud ſoleniter adorādū, ea
verba p̄ferēs cōſueta. *Ecce lignum crucis.* cōfeſtim vero Ber
nardi-

nardinus q ſumma deuotione pciderat diuino ſpiritu agitãte, clamauit voce magna: *Ecce lignum crucis.* cęteraq; verbã ſingula deinceps explicuit, q per Antiſtitẽ dicta ſunt, & ſtatim veluti mortuꝰ cecidit. Tũc verò qã notꝰ ciuib. erat, & nemo ignorabat illũ anteà loqui nõ potuiſſe, acclamauit populus vniuerſus Miraculũ miraculũ; & tametſi p id tẽpus, nullus ſit in Eccleſiis campanarũ vſus; ſed ex veteri Eccleſiæ ritu, ligneis inſtrumẽtis ſoleat ſtrepitꝰ excitari lucubris, quãdiu iacuit in ſepulchro Saluator: p miraculi tamẽ huius nouitate, oẽs cãpanæ cõfeſtim pulſatæ ſunt, cęteraq; inſtrumenta oĩa, q habẽtur in Eccleſiis ad pſallendũ. Interim ad ſe reuerſus Bernardinꝰ, palã fecit oĩb. quod hactenus agitauerat corde tantũ. Nempè ante annũ, ea ipſa die impiũ ſe, infideleq; fuiſſe, quod ſacratiſſimę crucis particulã, adulterinã, & cõmentitiã crediderit; ideoq; loquẽdi facultate merito priuatũ fuiſſe. nunc verò pcedẽti illa nocte, ſecũ in ſomniis loquutũ fuiſſe beatũ Geminianũ Mutinẽſem; monuiſſeq; vt eadẽ ipſa hora, q tũc anno recurrẽte iam iam appetebat, eodẽ loco ſuũ deploraret peccatũ corã glorioſiſsimo Apoſtolo Matthęo; & crederet veram illam crucis eſſe portionẽ, in qua Saluator Ieſus pro humana gẽte pepẽdit. feciſſe ſe paulò ante, quicquid vir ille ſanctꝰ monuerat, & ſanctiſsimũ Matthęũ exoraſſe vt fidei ſuę pteſtationẽ, Chriſto Dño dignaret offerre; ac ſtatim loquẽdi vim amiſſã recuperaſſe. Hæc oĩa fuſius ipſe perq; multos gemitꝰ palã expoſuit, rogauitq, pluſẽ, vt miraculũ iſtud curaret i acta referri, ad ppetuã rei memoriã. Quãobrẽ publicis documẽtis iuſsit hoc diligẽter cõprehẽdi, q tũ ipſius.

Bernar-

112

ma reip. Senenſis incendit, pariq; mox feritate, ad Igilium Inſulam ſe conuertit & confeſtim deſcenſione facta, ac expugnato tormentis oppido; magnum numerũ omnis ſexus, atq; ætatis mortalium in fœdam ſeruitutem abduxit: Indeq; directo curſu, in Aenariam Inſulam delatus omnẽ ibi acerbitatem effudit, exinde Prochidam abradens, & cuncta deuaſtans, in Puteolanum ſe ſe intulit ſinum; ſed cũ Petri Toletani Neap. Proregis militibus & prudentia cohiberetur, is vero improuiſis tantum, ac ſibi tutis expeditionibus obuia quæque loca tentare, non cum armato hoſte, congredi ſtatuiſſet: ſuperato celeriter Athæneo Promontorio (quod nautæ Campanellam vocant) ea mente in læuam deflexit, vt Salernum inuaderet, aduerſus quam ciuitatem impijſsima queq; conceperat. Planè vbi in eius conſpectum deuenit, armorum fulgore, & aſpectus feritate terribilis, ciuibus cunctis cathenas, & compedes, Vrbi autem barbaram vaſtationem denunciabat; quocirca ad trucem timpanorum ſonitum, & minaces tibiarum modulos vſq; adeò populus vniuerſus expauit, vt demigrantes incolæ, animo conſternato, & ſumma cum trepidatione ferè omnes, ad montana cõfugerent. Feruebat tum maximè æſtas, ſub ſept. Kal. Quinctil. & tanta erat cœli, mariſq. tranquillitas, vt immobile planè videretur pelagus; Barbaruſſa autem prædenſa nauigiorum acie iam iam accedens, tormẽtis in fronte collocatis; pronunciauit vt milites deſcenſionem facerent, & prædæ atq; incendijs incumberent. cum ecce tempeſtas turbulentiſsima repentè exoritur, & veluti

prodigioſo,ac per horribili terremotu mare concutitur,inter Amalphiam,atq; Salernum;inuſitata prętereà diuerſorſim ventorum coniuratione,vſq; adeo commotum intumuit,vt immēſis fluctibus iactata Claſsis in littus adigeretur; nauesq; omnes nutantibus malis, atq; inter ſe prioris aduerſis,ac puppibus concurrentes;ingenti calamitate collisæ,ac diffractæ, luctuoſo naufragio mergerētur. Acceſsit quoq; miraculo,viſus in cœlo Senex ſummæ proceritatis, ipſaq; prolixæ barbæ ſpectanda canicie conſpicuus; qui videbatur illam excitare procellam,& pro ſua quaſi ciuitate pugnare; viſæ ſunt etiam validiſsimæ promptiſsimorum militum,& ciuium cohortes, fulgentibus per muri coronā galeis,atq; thoracibus,Vrbem perpetua quaſi ſtatione defendere.Vnde conſtat immanē illum barbarū,ea die contremuiſſe; & pauciſsimis triremibus quæ vix euaſerunt incolumes, vltrà Palinurum inualeſcentibus ventis raptum fuiſſe,Cætera nauigia cuiuſcunq; generis,vel planè quaſſata ſenſim abſorpta ſunt,vel fatali in littore deſederunt,prędaq; omnis quam per fas, & nefas barbarus vndequaque collegerat,ad Salernitanum littus eiecta, incolis occupantibus eſt quæſita. Cum igitur imminentem cladem, tam felici euentu non humanæ vires, ſed Deus Opt. Max.auertiſſet;acceptum id Salernitani tulerunt precibus & meritis Matthæi,& Andreæ Apoſtolorum;hic Amalphitanam,ille Salernitanam plagam defenderat.Quamobrem ſequēti die Salernitanus populus Deo ingentes gratias egit; & deinceps quotannis ea ipſa die miraculi memoria renouatur.

tur, quia & proprium obid officium celebratur in choro maioris Eccleſiæ; & per ciuitatem ſolemni proceſsione diſcurritur;in qua alternis precibus diui,diuæq; omnes propitiantur, & ſacrum Miſſæ ſolemne conficitur. Innotuit etiã nobis Carolum ipſum Cæſarem qua die feſtiuitas huius Apoſtoli celebrantur nempè xxj.Sept.Coronem vrbem in Peloponeſo ſubiugaſſe; cumq; illã direpturi milites ingrederentur,vnicum eos vidiſſe parietem,vbi effigies glorioſi Matthiæ picta erat, qui fuerat ictibus tormẽtorũ intactus

Nouiſsimè placet illud non reticere,quod nobis ipſis in hac Eccleſia ſedentibus antè biennium contigit: tametſi enim ab eo die, quo locus ille fuit per ſacrilegium contaminatus,vbi glorioſiſsimus Apoſtolus iacet,diuinus liquor per exiguus ſemper emerſerit; adeo vt vix multorum dierum ſpatio, modica potuerit eiuſdem quantitas hauriri: aduenientibus tamen illuſtribus ex Sarmatia viris *Georgio Radzivil Epiſcopatus VVilnenſis coadiutore, & Alberto Radzivil fratre & Duce in Olica* ac deuotè petentibus vt & loci videndi,& mannæ ipſius in Patriam deferendę copiam faceremus; libenter vtrumq; conceſsimus. Lagenamq; ipſam quę pridiè arida penè fuerat,ſacro humore adeò replètam, vdantemq; reperimus;vt liberaliter Principibus ipſis viris, eorumq; comitibus potuerimus ipſam diſtribuere. Immò verò & duas ampullas eodem liquore plenas ad Gregorium xiij. P. M. deferri curauimus, quas ei gratiſsimas extitiſſe per litteras accepimus. Tantæ igitur rei nouitatem valdè admirati ſumus;& veriti ne beatiſsimus Apo-

ſtolus huic populo ob ſcelera inſulta ſuccenſeat; præcari nunquam deſiſtimus illum; vt ciuitatem iſtam, ciuesque omnes dignetur pro ſua conſueta bonitate protegere.

Tandem & illud placet inter miracula recenſere, quòd ex vniuerſa prouincia frequentiſsimè afferuntur homines vtriuſq; ſexus, qui malis ſpiritibus acerrimè diuexantur: & eos omnes ante ipſum D. Matthæi altare conſtitutos, ſacerdos vnus impoſita manu liberauit, quod ſanè tametſi ab ipſo tranſlationis initio factitatum aſsiduè fuit, quia tamen ad hæc vſq; tempora perſeuerat; & nobis etiam videntibus, quandoq; peractum eſt, non fuit vlla ratione prætereundum ſilentio.

Hæc libuit ex optimis autoribus & ex manuſcriptis in eccleſia noſtra Longobardis cronicis, eiuſq; breuiario peculiari, de Apoſtoli Matthæi, & Euangeliſtæ, vocatione, geſtis, morte, miraculis, variaq; tranſlatione conſcribere; Vt quàm bonus, & quàm admirabilis ſit Deus in ſanctis ſuis ex hoc ſaltem breuiſsimo commentario, poſsit omnibus innoteſcere.

HYMNI

HYMNI

IN FESTIS BEATI MATTHÆI.

QVOS HIC EX SALERNITANAE ECCLESIÆ BREVIARIO PIETATIS ERGO PLACVIT ADSCRIBERE

In feſto translationis beati Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtę ad veſperas.

Hymnus.

AD ſalutem fidelium;
cleri ſimul & ciuium:
venit corpus Apoſtoli
ſit laus diuinæ ſoboli:,
Lauda felix eccleſia:
pange Chriſti præconia:
claris vocibus intona:
ſint vox & corda conſona:,
Plaude diuinæ gratiæ:
quia coniunctus gloriæ:
Matthæus nos non deſerit:
nos ſeruat, hoſtes conterit.
Sumptum ex AEthiopia:
corpus cepit Britannia:
poſt ex Lucanis finibus:,
datur Salerni ciuibus:,
Feſto translati corporis:

ſub nouitate temporis:
nouis lętemur mentibus:
hymnis roſis & floribus:,
Chriſte qui regis hominem:
qui perire vis neminem:
euangeliſtę gratia:
trahe nos ad ſublimia.
O Mathea te poſcimus:
omnes qui tibi viuimus:
ora quod Dei filius:
fiat nobis propitius:,
Quæſumus auctor omnium:
vt hoc paſchale gaudium:
nos per reatus veniam:
lætos ducat ad patriam:,
Gloria tibi domine:
qui ſurrexiſti à mortuis:
cum patre & ſancto ſpiritu:
in ſempiterna ſęcula, Amen.

Ad Nocturnum Hymnus.

IN nocturna vigilia:
Chorus abſque deſidia:
fraudes frangat diaboli:
præc: fretus Apoſtoli.
Surgat de ſomni requie:

noctе, mane, meridie,
va: et virtutum actibus:
inſtet Matthæi laudibus:,
Laudet Matthæi dominum:
laudis humanæ terminum:
qui nos theſauro nobili:
ditat in æſtimali:,
Quæſumus auctor omnium:
vt hoc paſchale gaudium:
nos per reatus veniam:
lætos ducat ad patriam:,
Gloria tibi domine:
qui ſurrexiſti à mortuis:
cum patre & ſancto ſpiritu:
in ſempiterna ſæcula Amen.

Ad Laudes Hymnus.

LVx matutina rutilat:
clerus Matthæo iubilat.
cuius corpus eximium:
nobis datur in præmium.
Iam venit archa federis:
ſub luce noui ſyderis:
lucem ſalutis nunciat:
venit vt nos cuſtodiat:
Quæſumus auctor omnium, &c.
Gloria tibi domine, vt ſupra.

Alter

Alter Hymnus.

TVtor in hoc feſto Matthæe fidelibus eſto.
Gaudeat Eccleſia turba repleta fide.
AEthiopes nigros ſcelerum fuligine tinctos
Dum pia verba iacis mente nitere facis.
Tu quoque crudelem confutans dogmata regem
Dum tua dicta probas martyr ad aſtra volas.
Poſt tamen ex hæreſi fuſcata plebe fideli.
AEthiopes nigri diſplicuere tibi.
Tradideras annis aliquot tua membra britannis.
Hi quoque pro culpis, te caruere ſuis.
Te dederas nobis varijs translatus ab horis.
Semper vt hic habites: nos tibi fac habiles.
Semper vt hic habites: doceat bene credere ciues.
Nos tegat alma fides ſemper vt hic habites.
Semper vt hic habites: omnes hinc proijce lites.
Sit tua plebs patiens: ſemper vt hic habites.
Semper vt hic habites: actus cede viriles.
Nihil agat hæc ſine te: ſemper vt hic habites.
Semper vt hic habites: hanc nocte dieq; frequentes.
Præmia laudis habes ſemper vt hic habites.
Semper vt hic habites depoſcimus omnipotentem.
Annuat omnipotens ſemper vt hic habites.
Noſter in æternum: Matthæe tuere Salernum.
Hac ſtabili famulos protege ſede tuos.

IN FESTO BEATI MATTHAEI APOſtoli, & Euangeliſtæ, de menſe Septembris, ad veſperas Hymnus.

Plaude mater eccleſia:
ad Matthæi præconia:
cuius concors affectibus:
exultet cælum laudibus:,
Prius Thelonarium:
& per culpam nepharium
conſortem fecit numinis:
concors paterni luminis:
Quem vocaras diſcipulum:
trahis ſpernentem ſæculum:
ad duodenum numerum:
conditor alme ſyderum:,
Dedit huic quam calicum:
fecit et Euangelicum:
huius honores eximij:
ſummi largitor premij:,
Et inter animalia:
homo ſcribitur alia:
dum carnem promit oriens.
verbum ſupernum prodiens:,
Quæ laudas dignis titulis:
& approbas miraculis:
eius da per ſuffragia:

beata nobis gaudia:
Gloria tibi domine:
qui gratiam pro crimine:
condonaſti pijſsime:
æterne rex altiſsime. Amen.

Ad nocturnum Hymnus.

GAudeat Ethiopia:
exultet & Lucania:
tanto ditata munere:
iam lucis orto ſydere:
Sed Salernum præ cæteris:
theſaurum tenens muneris:
tibi pſallat quotidie:
iam Chriſte ſol iuſtitiæ:
Hic hora cęne mittitur:
excitare præcipitur:
affectum eius auidi:
ad cęnam agni prouidi.
Quem approbat miraculum:
& excitauit ſæculum:
dum mortuū reſuſcitat:
vox clara ecce intonat:
Hic præcepit dragonibus:
nocerent ne hominibus:
abirent orans dominum:

te lucis ante terminum
Qui ſpreuit temporalia:
deguſtans ſpiritalia:
per ipſum venit cælitus:
nunc ſancte nobis ſpiritus.
Gloria tibi domine:
qui gratiam pro crimine:
condonaſti piiſsime:
rex æterne altiſsime,, Amen.

Ad Laudes Hymnus.

LAudet Dei clementia:
Matthæus Iphigeniam:
dum ei ſponſam fecerat:
iam Chriſtus aſtra aſcenderat:
Qui tandem per martirium:
regni conſcendit ſolium:
feciſti Chriſte inclitum:
Deus tuorum militum:
Commendat Chriſtus gratiam:
dum donat poſt nequitiam:
& poſt ſeculi ſcelera:
æterna Chriſti munera:,
Quiſquis adiuam gloriam:
coluerit memoriam:
Matthæi reddet præmium

Chriſte redemptor omnium.
Gloria tibi domine:
qui gratiam. &c.

F I N I S.

REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O.

Omnia ſunt folia intergra præter O, quod eſt medium.

Imprimatur V. Quattrimanus Vic. Gen. Neap.

F. I.B. Theologus deputatus vidit.

P. Regius. f. 16.

NEAP. Apud Horatium Salvianum.
M D L X X X.